



Aulica vita, et opposita huic vita privata : a diversis tum veteribus tum recentioribus autoribus luculenter descripta ...

<https://hdl.handle.net/1874/388942>

AVLICA VITA,

Et opposita huic

VITA PRIVATA;

A DIVERSIS TUM VETERIBVS TUM RECENTIORIBVS
Autoribus luculenter descripta,
ut proxima indicabit pagella.

Cum INDICE locupletissimo.

NVNC PRIMVM IN HOC EN-
chiridion collecta, atq; in lu-
cem edita, •

A B

HENRICO PETREO HERDE-
siano, Scholæ Francofurtensis ad
Mænum Rectore.



CVM PRIVILEGIO CAESAR.
Francofurti ad Mænum.

Anno M. D. LXXVII.

ALICE

midnight

ET ILLA ALICE

IN HOC LIBRO
continentur.

I. Aeneas Sylvij, postea Pij II.
Pont. Max. De Misericordia Curialium, Epistola. Anno 1445.

II. Ulrici Hutteni Dialogus de Vita Aulica. Anno 1518.

III. Luciani Samofatensis Declamatio de ijs, qui mercede conducti in Aulis seu diuitum familijs viuunt, Eras. Rot. interprete. Anno 120.

IV. Erasmi Roterodami Praecepta Aulica, ex encomio Morias, & Epistolis. Anno 1515.

(2 V. Con-

V. Conradi Heresbachij f.
C. ex libro de educādis erudien-
disq; Principum liberis, admo-
nitio. Anno 1570.

VI. Henrici Cornelij A-
grippæ ab Nettesheim Oeco-
nomia Aulica, ex libro de in-
certitudine & vanitate scien-
tiarum. Anno 1530.

VII. Diuersorum, tum ve-
terum, tum recentiorum, Au-
torum de Aulica, & huic op-
posita vita priuata, sententiae
& carmina.

NOBILI

NOBILI VIR-
TV TEQVE ET DI-
GNITATE PRAESTANTI
D. Johanni Fichardo, Patri-
cio Francofurtenſi; Iurisconsul-
to eximio; & Comiti Palati-
no; patriaq; Aduocato & Syn-
dico; patrono ſuo aman-
ter colendo:

S. P. D.

Henricus Petreus Herdesianus.

 VM, VIR AMPLISSI-
me, diebus superiorib. Ae-
neæ Syluij, Ulricique Hut-
teni Aulā, & præterea quæ-
dam aliorū opuscula huc pertinentia,
mendis purgâfsem, puriusq;ue descri-
psifsem; ac deinde molestijs Aulicis, Vi-
tæ Priuatae commoda oppofuifsem;
cumq;ue librum de nobilium quorun-

) (3 dam

E P I S T O L A

dam doctorumq; virorum consilio es-
sem in lucem editurus; hortatores mi-
hi fuere cū alij, tum Cunradus VVeis,
Francofurtensis patricius, affinis tuus,
te potissimum vt compellarem, ac di-
uulgandam ad te Aulam mitterem.

Vt igitur esse impudens videri pos-
sim, qui tibi, assidue pro communibus
tuæ patriæ cōmodis sudanti, hoc on-
rīs imponam, & tam exilia pellegenda
mittam: Albini tamen, viri ornatissi-
mi, deque humaniorum litterarum stu-
diosis optime meriti, autoritas me, vt
spero, coram te excusabit; neque, opi-
nor, facies vt domus tua, quæ non solū
totius oraculum ciuitatis tuæ, sed Mu-
farum commune asylum est, mihi non
pateat.

Etenim si excellentem doctrinam,
sapientiam, moderationem, candore,
humanitatem tuam, animo intueor, &
consentientem omniū recte iudican-
tium de virtute tua vocem respicio;
præterquam te, patronum quem hoc
loco,

DEDICATORIA.

loco, in ipso quasi Aulæ vestibulo compellare, aut cui libellum hunc rectius tuendum committere possim, non inuenio.

Porrò licet hoc quicquid est operæ, quod in illis doctorum hominum & de Aulica, & de opposita huic vita priuata, scriptis colligendis posui, in graniores utiliorēsve scriptiones conferendum fuisse videri forte possit: tamē animi relaxandi causa, & amicis gratificandi studio, facetis illis eruditissimorum virorum monumentis tanquam ludo me vsum esse, neque meas me cogitationes litteris mandasse, sed hasce Iepōre ac venustate affluentis lucubrations, ab interitu vindicasse, boni (φspero) non reprehendent. Etenim superioribus tēporibus cùm confirmandæ valetudinis causa Francia orientali perlustrata, apud meos olim discipulos, generis & antiquæ familiæ nobilitate in primis claros IOHANNEM CAROLVM FVCHS à Binbach, in Gleis-

E P I S T O L A

senavv, & agnatū huius IOHANNEM
F V C H S à Dornheim , in VVissent-
heith, Eq. Fr. subsisterem, ociumque
apud hunc mihi deinceps afferret ne-
cessitas non voluntas: cum literis, quæ
molestijs me aulicis liberarent, aut le-
uarent saltem, in gratiam, ne nihil age-
rem, placuit redire.

Quapropter cū forte in Aeneæ Syl-
uij Epistolas, interque illas in hanc, qua
scitissime depingit **C V R I A L I V M**
M I S E R I A S, incidissem, atque eam
ex libro veteri quidem illo & admodū
mendoso corruptoq; mihi descriptis-
sem; eruditis illam aliquot, & nobili-
bus, ijsdemq; Aulicis, vsque adeo arri-
dere probarique comperi, vt manibus
& ipsi proprijs descriptam circumfer-
rent: atq; hæc deinceps causa mihi fuit,
eam vt emendarem, inque cōmodio-
rem libelli formam redactam, quò la-
bore describendi leuarem illos, typis
diuulgare constituerem.

Hanc vero operam meam, cum vi-
ris

DEDICATORIA.

ris spectatissimis gratam esse cognoscere; cum Syluijanis miserijs Hutteni quoque MARE AVLICVM (quem Dialogum à viro clariss. D. Iohach. Camerario, Reip. Norembergensis Medico præstantissimo, commodato acceptū D. Iohannes Posthius Medicus Poëtaque celeberrimus, & præcipuus Musarum ad Mœnū patronus, mecum communicārat) coniungere, & Aulam tum nouo illo Hutteni præconio, tum aliorum etiam eiusdem argumenti scriptis locupletare, eidemq; de vitę vicissim priuatae cōmodis, optimorum Poëtarum carmina opponere, visum fuit.

Sed hæc, cur huius argumenti libellos alienos descripserim, edendosque adornārim, accuratius apud te nunc persequi non est necess̄: neque spero quenquam fore tam inhumanum, qui festiuos cruditissimorum virorum lusus aut extinctos velit, aut ex ijs delectionē in rebus turbidis petere nōlit.

XV Cate-

E P I S T O L A

Cæterū de forma expositionis, dcq; genere sermonis, quo Autores illi his in opusculis vñi sunt, verba facere quid attinet? Quis enim aut Aeneæ Syluij facundiam, aut Ulrici Hutteni, res cum disponendi tum illustrandi facultatem, inq; scribendo plenam doctrinæ grauitatem, ignorat?

Non inficiar sanè, aliqua minus latine dicta ab Aenea Syluio, & non modo in Epistolis cæterisq; illius operibus, sed in hoc etiam tractatu de Curialium miserijs, multa barbariei seculi superioris apparere vestigia. Sed quis hæc petulanter exagitanda magis, quam temporibus humaniter non condonanda existimet? Etenim ut, cum floret ille artes Eloquentiæ bonæq; disciplinæ ex vastata tunc Græcia in Italiam & Germaniam, vicinasq; nationes primum reuocabâtur; ita postea progressionibus eæ felicioribus usq; beneficio in primis Typographicæ, multo sese nobis præbuere faciliores descendas.

Iraq;

DEDICATORIA.

Itaq; pare esse duco, vt dum (secundum Paroemiam sacrarum litterarum) virtu-
la nos aramus aliena, ijs qui ante nos
artes vtcunq; studuerunt expolire, li-
benter ignoscamus.

Propter illos autem qui ad recte di-
cta & facta peruerenda nati sunt, hoc
loco protestor, in nullius vel Principis
contumeliam, vel Aulici ignominiam
hęc opuscula à me collecta edita q; esse.
Et enim si omnia mihi quae ab omni-
bus promiscue in ordinem illum dicta
scripta q; sunt, huc congereret fuisset in
animo; certe multo cernerent Aulam
hic Aulici tetrorem.

Multis vero hunc librum utilem,
bonisq; omnino gratum, nemini au-
tem, nisi Zoilis, inuisum fore confido.
Etenim quoties in hisce opusculis ad-
monetur is, cui Mare istud aulicum
(quod tot motus, tantasq; habet agi-
tationes fluctuum, & quod tam variè
perturbant sępe venti,

totumq; à sedibus imis

Vnā

E P I S T O L A

Vna Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; pro-
cellis

(Africus)

hoc, inquam, Mare, tam difficile & tur-
bulentum, cui nauigandi imposita est
necessitas, quoties admonetur h̄ic, vt
cautē atq; secundis ventis nauiget, ne
cupiditatum illecebris, ceu procellis
violentissimis, in Scyllam aut Charyb-
din deferatur, aut in iram indignatio-
nēmuc Principis, tanquam in scopu-
lum acutum abripiatur? At quid hisce
admonitionibus vtilius magisue ne-
cessarium esse possit, cum audaciæ nūc
& temeritatis vbiq; plena sint omnia?
Etenim iuuenes & subditi cum diffi-
cultatem periculaq; honoris, aut po-
tius oneris aulici hinc intelligent, tum
Curialibus atq; Magistratui minus in-
uidebunt; & hi imperare bene, illi pa-
rere discent,

Quoties, quæso, aliquis Phaëton,
dum Aurigam & Regem agere cupit,
populumq; & varios animorum mo-
tus,

DEDICATORIA.

tus, cœi currum & feroceſ equos regere ſeſe poſſe conſidit, nulla neceſſitate coactus aulicarum rerum frena temere capellit? At quid agat ille aliud, niſi quod Celum terræ miſcendo, atq; faſra & profana ſurſum deorſum voluēdo, cum interitum ſibi ipſe, tum Reip. detrimentum accerſat?

Quod ſi contingat, vt tali honores ambienti Phaëthonti, Phœbus aliquis (vt ille apud ingeniosum Poëtam) diſſuadendo occinat,

*Magna petis Phaëthon, & que non vi-
ribus iſtis*

*Munera conueniunt, nec tam puerili-
bus annis;*

furdo tamen narratur ſepe fabula. Etenim conſilia plæruntq; meliora ſenum ac ſapientum aspernando, ſplendidāq; Aulicorum miſeriam non penitus ex veritate, ſed ex opinione foris aëſtimando, certiſſimam ad perničiem inani inflammatuſ auditate rapitur; ac vtut illa,

E P I S T O L A

la, quæ vndique circumstant aulicos
pericula, ob oculos proponuntur,

dicitis tamen ille repugnat,
*Propositumq; premit, flagratq; cupidine
currus.*

Postquam vero, benevolentia potentiorum, blanditijs & assentationibus collecta, voti fit compos; tunc vero Regem sese & tantum non Deum existmans

*Occupat ille leue iuuenili corpore currū,
Statq; super, manibusq; datas contingere
habenas*

Gaudet.

At ubi rude vulgus, Orationis ac Sapientiae frenis regendū, resistendumq; & populileuitati, & perditorum cupiditati; perturbationes animi proprij vincendę, appetitusq; cohibendi sunt;

*Tum leue pondus erit, nec quod cognosce-
re possint*

*Solis equi, iustaq; iugū granitate carebit.
Postquam igitur satis superque dedit
turbatum, magno & suo & Reip. malo,*

Ac

DEDICATORIA.

Ac tandem Phaëthon cunctis è parti-
bus orbem

Aspicit accensum, nec tatos sustinet estus:
quid tum restet, quam ut Omnipotens
gemitu populi permotus, ipse laboran-
ti hominum generi subueniat, ac teme-
ritatem Phaëtonteam iusta seueritate
reprimendo,

Intonet, & dextra libratum fulmen ab
aure

Mittat in aurigam, pariterq; animaq;
rotisq;

Exuat.

Tum vero denique

Illic frena iacent, illic temone renulsus

Axis, in hac radij fractarum parte ro-
tarum;

Sparsaq; sunt latè laceri vestigia currus:
neque illi, verè quidem, sed sero sapien-
ti, quicquam solatij, quā hæc post obi-
tum præconia,

Hic situs est Phaëthon, currus auriga pa-
terni,

Quem

E P I S T O L A

Quem si non tenuit, magnis tamen excidit ausis.

Audiant igitur Phaethontes nostri
Aeneam Sylvium, aurigam olim cur-
rentis Imperij Romani præcipuum, &
denique summum: audiant Vlricum
Huttenum, Equitem cum primis no-
bilem, Aulicumq; experientissimum;
audiant Erasmū Roterodamū, quem
longa etas, ususq; rerum magister opti-
mus, itidem Curialium artes probè (vt
ipsem testatur) edocuit: Hos igitur,
cæterosque in libro hoc loquentes au-
diant, & aliorum periculo sapere tan-
dem, cautiusque mercari discant. Nam
(secundum Poëtam, solitum Parcere
personis dicere de vitijs) Qui sua meti-
tur pondera, ferre potest.

Cæterum si verbosius quispiā mor-
daciūsve, quam verius, hīc descriptam
esse Aulam putat, neque adeo mis-
eros esse Curiales opinatur, cum eo e-
quidem hoc loco verbis non digladia-
bor.

Hoc

DEDICATORIA.

Hoc tamen in animo is cogitet; cum Imperia, honores, gloria, diuitiae, & natæ ex illis voluptates (Aulam quæ faciunt beatorem) temporibus ac voluntate hominum gubernentur, inq; casu sita sint; quam incerta, quam lubrica sit Aulæ felicitas, vt quæ non solum dignitatem & res partas augendi libidine , sed indies amittendi metu cruciatur , semperque aut malis præsentibus , aut formidine futurorū torquetur.

Non diffiteor sanè, nōnullos qui nauigârūt mare istud, vbi tot indies fiunt naufragia, & (vt verbis denuo Maronis Utamur) passim

*Hi summo in fluctu pendent, his unda
dehiscens*

Terram inter fluctus aperit,
emersisse quidem aliquando, & ad portum vitæ quietoris sese recepisse ; non nullos etiam (quos scilicet æquus amat Iuppiter, aut ardens euexit ad æthe-

E P I S T O L A

ra virtus) honores, voluptates, diuitias, consecutos fuisse: sed quot contra nunquam, ne nudos quidem, emersuros, aduersa Aulæ tempestas

*In breuia & Syrtes urget (miserabile vi-
su)*

*Illiditq; vadis, atque aggere cingit are-
næ.*

Neque ideo tamen damnamus hīc Imperiorum ordinem, bonosve Principes, sub quibus Aulici militant, vituperamus: horum enim, post Deum, beneficio, res & priuatas & publicas administrari, pietatis, litterarumque studia propagari, noxios homines vinculis supplicijsq; coērceri, bonos præmijs ornari agnoscimus; neque sine his esse dicimus, quod sese aut à parentibus acceptirum quispiam, aut postteris esse relicturum speret: Sed tum via personarum ab ordine politico, instituto diuinitus, discernendo, ordinem ipsum prædicamus, tum Consiliarios

DEDICATORIA.

liarios & administros malos reprehendendo, bonos certè laudamus: deniq;
Aulicorum plenos miseriarum labores recēsendo, Phaëthones, puerosq;
Icaros admonemus, ne aut priuati ipsi,
Ordini huic inuideant, ac præter ætatem viresque suas Rempub. gerere velint;
aut si Aulicos fieri cogat necessitas, ne altius euolando à Sapientum
præceptis temere discedant, sed suam
inscitiam horum prudentia constitui
patiantur.

Etenim ut in nauigando Gubernatori (qui & futuras tempestates prospiciat, & vel ex certo celi sidere, vel ex magnetis acie, quò nauis dirigenda sit, videat) remiges nautasque parere conuenit: ita qui in mari isto (quod tum natura sua tam & turbulentum & scopolosum est, tum crebra ventorum vi usque adeo subinde concitatur) nauigat, suo eum loco mandatas operas facere, superiorum imperijs obsequi, at-

E P I S T O L A

que ad portum' optatum remis velisq;
properare par est. Sed hæc satis vel ni-
mis fortasse verbosè.

Tuam verò præstantiam, Ficharde
clarissime, in prima hac parte, & in ipso
quasi limine Aulæ, compellaui eò etiā
libentius, quòd videlicet fore puta-
rem, vt cùm tibi non improbari hæc
opuscula intelligerent cæteri, eadem,
tua moti autoritate, atque alteram
deinceps partem de vitæ priuatæ com-
modis, & quo animo & ipsi pellege-
rent.

Quapropter, Vir Amplissime, te etiā
atque etiam rogo, vt animum meum,
præstantiam tuam studiose veneran-
tem, boni consulas, atque hoc loco
tui compellationem pro humanita-
te tua dextrè accipias. Quod quidem
facturum te persuasum mihi est, cuius
ea non solum erga Patriam merita, ve-
rum in alienos etiam studia beneficia-
que extant, quæ & ætas nostra verissi-
mis

DEDICATORIA.

mis laudibus certatim prædicat, & grato celebrabit ore posteritas. Neque scribenti hæc mihi verendum fuit, ne assentatoriè magis auribus ea tuis dare, quam virtutes tuas reuerenter amare viderer. Neque certè, nisi vera me scribere scirem, tam fatuus essem, ut hac scriptione vltro mihi ipse publicam leuitatis & mendacij labem aspergerem. Verum nihil minus metuere debedo, cum eximiam tuam omnium disciplinarum & ingenuarum artium eruditionem, viuidamq[ue] ætate pro uectiore illa rerum cognitionem & memoriam, vitæ grauitatem & innocentiam, magnitudinem animi, elegantiam morum singularem, non Germani solummodo, sed externi etiam admirantur.

Vale, & virum clariss. Raimundum Pium Fichardum, V. I. D. filium tuum, dignum & sanguinis & virtutis hædem tuæ, verbis saluta meis officiose.


† 3 Data


EPIST. DEDICATO.

Data Basileæ Rauracorum, Anno
c i o . i o . l x x v . die x v i i i . Men-
sis Octobris : quo die ante biennium
Christophorus Fichardus , filius tuus,
Iurisprudētiæ studiosissimus, summæq;
Iuuenis expectationis , Patauij obijt,
inque vitæ beatæ quietem sempi-
ternam receptus, magnum h̄ic
sui bonis omnibus deside-
rium reliquit.

CVRIA.







I

CVRIALIVM MISERIAE,

A B

AE N E A S Y L
V I O P I C O L O M I N E O ,
AD IOHANNEM AICH , PER
*spicacem & Clarum Iurisconsul-
tum perscriptæ.*

STULTOS esse , qui Regibus seruiunt , vitamque tum infelicem , tum miserrimā ducere Curiales ; vereor ne qui me arguant , mihiq; maledicant , si hac Epistola , quam tibi sum scripturus , ostendero . Nec etiam deerunt , qui me Principibus deferant , & hostem reddere current , quoniam videar homines ab eorum obsequijs arcere . Nam qui posthac , inquiet illi , Regum atria frequentabunt , si se futuros illic miseros intellexerint ?

At ego non id ago , vt Principibus derogem , sed illos potius magnis leno molestijs . Instant assidue quamplurimi , & Nobiles , & magni viri , qui Regum aures

A obtun-

CVRIALIVM MISERIAE

obtundunt, dum in Curiam precibus recipi postulant: quos cūm nequeunt Reges aut vtiliter recipere, aut honestē repellere, in magnaqué propterea sint anxietate; gratia mihi, non odium, haberi debet, si quem ex his monuero, Curiæ Regis vt suapte renunciet. Nec timēdum est, meis scriptis id fieri, vt Regum Aulæ deserantur: erit enim semper stultorum numerus infinitus, qui vitam beatā apud Reges solummodo iudicent inueniri.

i.Pet.2. Sed caue, dicunt alij, ne diuinis aduersere præceptis, dum Regum suades enitari seruitia: Cūm Petrus, Apostolorum Princeps, & Caput Ecclesiæ, subiecti esto te, dicat, omni creaturæ humanæ, propter Deum: siue Regi, quasi præcellenti: siue Ducibus, quasi ab eo missis. Absit autem à me scelus hoc, vt Apostolo contradicam, vel Regibus dicam non esse paren-

Mat.22. dum. Cūm & veritas in Euangeliō, Reddi, quæ sunt Cæsarīs, Cæsari iusterit, & quæ D E I sunt, D E O. Cumquæ ad Romanos Paulus, Doctor Gentium, dicat: Omnis Anima potestatibus sublimioribus subdita sit; non est enim potestas, nisi à D e o. Clamo & ego, Obedite Principibus vestris omnes populi: Subiçcite vos subli-

Rom.13.

miori-

mioribus potestatibus omnes Gentes: Et
memineritis, quia Petrus propter Deum
ut subijciamini iubet, non propter opes,
potentias, vel honores. At ista non sunt
contraria meis scriptis, si cum Propheta
dixerim; Nolite confidere in Principibus, *Psa. 146.*
in filijs hominum, in quibus non est salus.
Prætereo quamplures oblationes alias,
quibus te responsorem constituo, si qui
sint, qui velint me amplius impugnare,
Ego ad rem ipsam veniam, si prius, quid
hoc me disputare compulerit, paucis ab-
soluero.

Genitor meus Sylvius, qui, mortuo pa- *Aen. Syl.*
tre, posthumus natus, paternumque no- *uq; paser,*
men tulit, adolescentiæ suæ florem apud *eiudem-*
antiquum Ducem Mediolancensem, hu- *que con-*
ius Philippi Ducis patrem, peregit: affe- *silium.*
ctusque tandem Curię tedijs, domum re-
dijt, vxorem duxit, filios genuit, & usque
in hanc diem vitam quietam laudatamq;
degit. Is cùm ad se duo Senenses Iuuenes,
admodum Nobiles, accessissent, & an Re-
gi seruire conduceret, percunctati fuis-
sent, sic respondit:

Menippus, cùm adolescens apud Ho-
merum, Hesiodumque, diuersa Deorum
scelera legisset, ea licita esse, atque hone-

CVRIALIVM MISERIAE

sta credebat. Nā quod Dij faciant, quis nō arbitretur honestū? Hic vir postea factus, cùm illa, tanquā turpia prohiberi legibus animaduerteret, incertus animi, Philosophos adiit, sciscitaturus ab eis, qūænā es-
set optima vita. Sed neq; Philosophi satis-
fecerunt, cùm inter se dissentirent; Et alij
voluptatem; alij vacuitatem doloris; vir-
tutem alij; Quidam vero Animi, Corpo-
risque, & Fortunæ bona simul iuncta, vi-
tam dicerent præstare beatam.

Incertior igitur ille multo quām antea,
vt verbis vtar Terentij, cōsulere mortuos
decreuit, & ad Inferos penetrauit; ac ex
Thiresia, qui & ipse Vates diuinatorque
fuit, vbi vita beata esset, perquisiuit. Cui
cùm Vates diu respondere negasset, in au-
rest tandem insuffranc, Apud priuatos,
inquit, Optimam vitam, hoc est, Felicita-
tem inuenies.

Gyges quoque, Lydorum Rex, qui se
præ cæteris fortunatissimum reputabat,
Apollinē consuluit, quis suo tépore felix
esset. Cōtempsit oraculū regias opes, & ap-
paratus, atque Aglaum quendā Arcadem,
modici ruris cultorem, qui metas agelli
sui cupiditate nunquam excesserat, feli-
cem esse respondit.

Vos

Vos igitur, ô Iuuenes, si quo modo vi-
uatis optimè, quæritis, minimè Reges ad-
ibitis. Nam cùm ipsi felicitatis expertes
sint, felices, qui sibi dicati sunt, nullo pa-
cto possunt efficere: quippe quod Princi-
pibus seruientes nihil sibi libertatis relin-
quunt; vt ea consequi posint; quibus po-
titi multo sint quām antea miseriores,
Virtutes enim, ô Iuuenes, felicis vitæ sunt
effectrices, quæ à Principum domicilijs
exclusæ, si quando casu, aut errore, limen
ingrediuntur, è vestigio coguntur fugere,
perterritæ sinistris moribus, quibus in al-
tis palatijs viuitur.

Quòd si tēpus differendi daretur, mon-
strarem vobis, omnes homines stultos ef-
fe, qui vitam habentes aliam, in qua pos-
sint honestè versari, in Curias Principum
se præcipitant. Sed abest ocium. Ideo vos
tantum moneo, vt agrum hunc Histrio-
nes, & Adulatores, & alias Nebulones,
metere sinatis, qui nigrum in cädida ver-
tunt. Nullus est viris bonis apud Princi-
pes locus, nulla emolumenta laborum; &
vt Iuuenalis verba resumā, Minor est ho-
die res, heri quām fuit; hæc eadē cras de-
trahet exiguis aliquid. Sic Sylvius geni-
tor. Illi verò ab insano proposito reuoca-

CYRITALIVM MISERIAE

ti, domi manere, & sibi, & Musis viuere
decreuerunt.

At paterna vox minus in filio, quam in
extraneis potuit: nec enim me pater ab
obsequijs Curiæ valuit auocare, quamuis
sæpe multi, ne me post Principum ves-
tianas irem perditum, admonuerint. Sed
expertus sum, quod prius non credidi;
veramque patris sententiam inuenio, de
qua libet me nunc in hac Epistola differ-
tare, grauique tuo iudicio remittere cun-
cta, nam & tu annis cōpluribus inter au-
licos canes latrauisti.

Vidi te apud Albertum Cæsarem, ho-
norato in Ico: & cum te primum noui,
Orator suus in Basiliensi Concilio bene-
dictionem sibi ex Patrum cœtu petebas;
cum is regni Hungariæ diadema, mortuo
socero suo Sigismundo Cæsare, suscep-
set. Atque postquam is quoque vita fun-
ctus est, non enim triennio toto impera-
uit, ad nepotem eius Albertum, Austriaæ
Ducem, te cōtulisti, cuius es adhuc Con-
siliarius. Quam rem non sum nescius a-
pud ignaros rerum, meæ sententiæ pluri-
mum detrahere. Quis enim infeliciter vi-
nere Curiales crediderit, cum tu, qui vir
haberis bonus, & sapiens, solutus semel
Curiæ

Curiæ vinculis, iterum te vinxeris.

Sed sum ego quoque in eadem, qua tu es, causa; qui annis iam xv. Curialē seruitutem seruiui, & nūc Ecclesiasticos, nunc seculares secutus sum Principes; & quamuis liber nonnunquam euaserim, mox tamen in vincula, meapte redij. Itaque posset aliquis opinari; Ut solus, vel cum paucis, Curiæ voluntatibus fruar, idcirco me mores Curiæ coram alijs detestari. Sicut apud Mediolanum qui Bernhardino predicatori contractus usurarios accusabat, ut prohibitis ab his reliquis, solus ipse feneraretur. Sed longè aliter est. Non enim quia placeat mihi Curia, ideo versor in Curia: sed ne leuitatis accuser, qui genus vite receptum nesciuerm prosequi. Idem & te arbitror retinere.

Accidit enim nobis sicut coniugatis. Sunt enim admodum multi, qui viuente coniuge, matrimonium damnant, & vxoris obitū cupiunt, libertatis amore: semperq; illius ad Corinthios Pauli mandati meminerunt; Solutus es ab vxore, noli querere vxorem. At hi postquam libertatem sunt affecuti, mox alterā ducunt coniugem, vt vix quidem exequias defunctæ valeant expectare.

CURÆ ALIVM MISERIAE

Sic enim est hominum calamitas, vt vitam quam viuunt, diuque vixerunt, et si malam sciunt, mutare tamen aut neque-
Hor. Ser. ant, aut nesciant. Hinc Oratius ad eos, qui
mon. li. i. suam vitam damnantes, alienam laudant,
Sat. J.

Iam faciam quod vultis (inquit) eris tu, quis modò Miles,

Mercator; Tu, Consultus modò, Rusticus, hinc vos,

Vos hinc, mutatis discedite partibus; etia

Quid statis? Nolunt.

Plurima sunt, mi Iohannes, quæ nos cogunt perseverare; sed nulla est ratio prior, quam Ambitio, quæ tanquam æmula Charitatis, omnia fert onera, quāuis gravissima, vt honoribus seculi, ac popularibus laudibus efferatur. Quòd si humiles essemus, & animam potius lucrari, quam vanam venari gloriam studeremus, haud multi profecto in hæc tædia sese reciparent.

Ad eos igitur, qui propterea sequi Reges volunt, quia Prælatos & doctos in Curiaj esse conspiciunt, Saluatoris nostri Iesu vocem obijciam: Super cathedrā Moysi federunt Scribæ & Pharisei, quæ dicunt facite, secundum opera eorum nolite facere.
Matt. 23.

cere. Non igitur, quod insignes viri, ac Magistri vitae, faciunt, sed quod facere debent, imitari oportet.

Expendat prius seipsum, qui se dicare vult Regibus, an tolerare labores, famem perpeti, sitim sufferre, contumeliasq; valeat sustinere. Deinde prospiciat diligenter, vtrum ex Curia consequi possit, quod suus desiderat animus. Mihi & angustiae apud Principes infinitae, ac intolerabiles esse videntur, & que homines optant, illic nullatenus inueniri: quo fit, ut vera Patris sententiam arbitrer, de qua nunc transfigemus. Repetenda est igitur paterna vox, qua ille STVLTOS esse autumat singulos, qui non coacte Principibus seruiunt. Clara vox, dura tamen fortasse nonnullis videntur. Sed audiant, quo pacto probetur.

Stulti, quoad propositum nostrum, tribus modis dicuntur homines. Stultus est, ^{stulti tri} pliciter. qui queritat, quod nequit inuenire. Stultus & qui querit, quod nocet inuentum. Stultus quoque & ille est, qui sine proposito, ad quem tendit, cum plures habeat calles, deteriorem deligit, & periculosiorum. Ut si Romam petiturus, cum duæ sibi pateant viæ; altera breuis atque secura; altera longior, plena latronibus; pergere

CVRIALIVM MISERIAE

vltimam velit. Curiales igitur homines, aut primam stulticiam incidunt, aut alteram, aut tertiam. Aut enim quod assequi nequeunt inuestigant; aut quod inuentū detrimento sit, quærunt; aut semitam p̄iorem deligunt. Quas res melius longè cognoscemus, si, quæ sint Curialium deſideria, & quos ſibi conſtituant fines, præuiderimus.

Aulicorū finis quin duplex. Mihi videntur omnes, qui Regum, vel Principum latera stipant, aut HONORES quærere, Famamque ſeculi; aut POTENTIAM; aut DIVITIAS; aut VOLVPTATES; Nec inficias eo, non nullos eſſe, qui ſe apud PRINCIPES LVCRARI ANIMAS arbitrentur, ut meritum tanto maius nancifcantur, quanto cum maiore periculo militauerint. De his igitur QYINQVE generibus Hominum, dicendum eſt nobis, quos tantū distare ut sapientes ſint oſtendemus, ut facile quiuīs eosdem deliros, amentes, iſfanos ac ſtultiſſimos queat cognoscere,

Prius tamen, quam hoc aggrediar, omnes oratos volo, ne me quempiam Principum carpere cengeant, aut quo uis patet, ſereniſſimo diuoque Principi meo, Friderico Cæſari, detrahere. Nam etſi di-
eturus

Eturus inter disputandum fuerim, vicio-
fos Principes esse, & libidinum ac stulticię
feruos; non tamen id omnibus ascrip-
rim. Nec enim me latet, inueniri nonnul-
los, virtutum ac sanctioris cultores, qui à
Principatu vicia, diuino quodam munere
separent. Quemadmodū boni apud Gen-
tiles Principes, Augustus, Vespasianus,
Titus, Traianus, & Antoninus, pij sunt ha-
biti: & apud Christianos, Constantinus,
Arcadius, Honorius, Theodosius, Caro-
lus Magnus, &c, quem Bambergia venera-
tur, Henricus Sanctus: in quibus si vel pie-
tatem, vel māsiuetudinem, vel pacis amo-
rem, vel iusticię Zelum, vel Religionis af-
fectum requiris, Fridericum nostrū nulla
in re minorem inuenies. Tantumque ab-
est, ut meis sibi scriptis velim detractum,
ut eius laudes illustrare, & versibus, quoad
possim, & oratione soluta, decreuerim.
Nec me nunc eius Curia detineret, nisi
sua me bonitas allexisset. Sed me, quanta
sit Curialium infelicitas, ostensurum, non
quid ipse, & alij pauci, quos æquus amauit
Iupiter, sed quid communiter Principes
agant, referre oportuit. Quod si omnia,
quæ inferius mala recensentur, in nostri
Principis inueniri Curia dixerim, aperè
mentiar;

CVRIALIVM MISERIAE

mentiar; nec minus mentiar, si nihil illorum h̄ic esse cōtenderim. Nec ego quenquam momorderim: Quia sic est hominum vita, vt plus mali vbique quam boni reperiatur.

Nostra intentio est, fatuos esse, qui Principibus adh̄arent, disputando monstrare,

Iam igitur illos aggrediamur, qui tanquā appetentes HONOREM Principibus seruiunt. Aduersus quos cum Iuuenali libertate venantur. Qui Hono
res in au-
la venan-
tur.

exclamare; O Medici medium pertundite venam. Delirant enim, qui propter honorem Principibus famulantur; ad quorum purgandas mentes, nō meis scriptis, sed elleborō potius esset opus. Quis enim in aulis Principum verūm honorem dixerit inueniri? Dantur honores in Curijs, non secundum mores, atque virtutes, sed vt quisque ditior est, atque potentior, eo magis honoratur. Nam quem vñquam pauperem, tametsi præstanti virtute præditum, Regum aliquis sublimauit?

Audio quod obijcis: fuerunt nonnulli, dicis, obscuro nati loco, atq; inopes quodam, qui nunc omnibus sunt prælati; Sic enim Principes voluerunt. Sed quos, oro, sic Prælatos ais? nempe quos suis moribus conformes inuenerunt. quibus moribus?

AENEAE SYLVII.

tibus? auariciæ, libidini, luxuriæ, crapulæ,
crudelitati. Sic est sanè. Placet auaro Re-
gi, qui pecunias vnde cunque refert. Gra-
tus est libidinoso, qui virginis atque ma-
ritatas sibi conciliat. Carus est ebrio, qui
combibit. Crudeli iocundus est, qui san-
guinem quam multum effundit huma-
num. Nemo acceptus est, nemoq; ex par-
uo statu præfertur alijs, nisi magno aliquo
facinore sepe Principi conciliauerit. At
hic non est verus honor & stabilis, qui ex
radice venit non bona. Vera gloria, vt in-
quit Cicero, est illustris ac peruagata mul- Cic. pro
torum & magnorum, vel in suos ciues, vel Marcell
in patriam, vel in omne genus hominum,
fama meritorum; quam nec Principes af-
sequuntur, nec qui seruiunt eis: Cùm vi-
cijs omnes ferè sint dediti, nec bonum a-
liquid agant, nisi fortuito.

At transeunti per urbem tibi inclina-
bunt homines: denudabūt capita: cedent
loco: salutem dicent: manus osculabun-
tur. Ita est certè. At ubi transieris, digitos
retrotendent, subsannabuntque tibi. Et
ille est, inquiet, qui Principem nostrum
seducit; qui bellum suadet; qui vectigalia
auget, qui onera nobis importabilia cu-
mulari facit; & etiam, qui verso pollice,
quos

CURIALIVM MISERIAE

quos vult, ex nobis occidit: quē Dij Deæ.
quē omnes perdant, ne sub eius tyranni-
de diutius simus.

Huiusmodi est honor Curialium, qui si
te, quisquis es, oblectat, non verebor te
stultum atque insanum affirmare, qui o-
blectationes tuas in re fallaci, varia, atque
omnino falsa, reponas. Ac Parasitorum
vocibus, qui te cœnarum gratia laudant,
quantum tribui debeat, tuipse nosti.
Prætereo histriones atque ioculatores, &
totius vulgi laudes, quas vir prudens pro-
nihilo reputabit; quia nulla est vera laus,
nisi à verè proueniat laudatis.

Adde quod omnes Curiæ sequaces, nō
quibus præsint, sed à quibus præcedan-
tur inspiciunt, & altius semper euolare
nituntur. atque cum reliqui præcesserint,
ipsis etiam Regibus incipiunt inuidere,
quia inexplebilis est humanæ gloriæ ap-
petitus. Cui postquam te dedideris, sem-
per illud Ciceronis in ore habebis: Quic-
quid est, quamuis amplum sit, id certe pa-
rum est, cum est aliquid amplius.

Est insuper Philosophorum sententia,
ac præsertim Aristotelis; In honoribus
non esse finem ponendum, quia & res in-
certa

certa est, & in potestate alterius. Et qui seruit honori, & huius seculi famæ, neceſſe est, ut multa faciat inuitus: Interdum plus hominibus, quam Deo, seruire cogitur. Duo enim cum sint honores; alter virorū bonorum; alter multitudinis; stultus est qui primum apud Regem venatur; quia inueniri verus honor non potest, vbi virtutes nō regnant. Qui vero alterū, multò stultior est; quia & rem perniciosaſ sequitur, & vicioſam, & instabilem, & incertam. Atque hi quidem perpetuis cruciatibus affliguntur, cum ſibi præferri plurimos, & ſæpe indigniſſimos videant. Nec, qui bonorum est audiſ, uſquā magis, quam in Curijs, angitūr. Atq; iam ſatis de Honore ſit dictum.

Nunc ad POTENTIAM eamus. Pulchrum videtur apud Principem esse potentem, tutorem vocari Regis, præcipere alijs, bellum indicere, pacem componeare, posſe obeffe & prodeſſe quampluribus. Sed multi decepti ſunt, dum poſſe apud Reges plurimum quaſiuerunt. Apud Tiberium, Neronem, Claudium, tam potens Seianus fuit, vt Imperatore apud Capreas cum Rege Chaldeo ſedente, ſolus hic Imperium administraret,

*Quis Po-
tentiam
venatur.*

secun-

CYRIALIVM MISERIAE

secundumque illum, totius orbis caput
veneraretur. Et quippe si ante ipsum op-
pressa Cesaris senectus fuisset, hunc vnum
populus Augustum vocasset.

Sed nulla est apud Principes diurna
potestas; nulliusque status debilior, nul-
lius incertior, nullius infirmior est, quam
eius, qui apud Principem videtur esse po-
tentior. Sunt æmuli multi; simultates, o-
dia. Omnis potentia magnæ inuidiæ sub-
iecta est. Incidunt suspiciones, parantur
insidiæ, perstrepunt vndiq; delatores. At-
que ut oculus parua festuca turbatur, sic
Principum gratia offensiuncula vel mini-
ma cadit: Interdum etiam nullo crimine
perditur. Tantum apud Principes subdo-
la lingua potest.

Apud Adrianum Imperatorem, delato-
rum voces adeo valuerunt, ut amicos, quos
ad summum prouexerat, post hostium loco
habuerit. Sed ad Seianum redeo. Visne
salutari sicut Seianus? & tam esse potens,
ut ille fuit? At hic vntica Principis Episto-
la captus est, per urbem vnci ductus ad
spectaculum, & in Tibridis ripa truncatus:
Omnesque ipsius statuæ ex Capitolio
deiectæ sunt.

Pellege sacras litteras. Quot Saul? Quot
David?

Datiid? Quot Salomon ex his, qui apud se potentes erant, occidi iusserunt? Abimelech, quia potentem vidit apud se Isaac, ex regno repulit: forsitan & interfici iussisset, nisi digitus Dei cum illo fuisset.

Clitonem, suę nutricis filium, quia Phi- Plutar. in
lippi patris laudes comparare voluisset,
Alexander Macedo sua manu interemit. Vita Ale-
xand.
Extant nostri temporis admodum multa exempla, quæ cōsultò fugio, ne cui videar detraxisse.

De magno regni Apulię Senescallo, nemo me dicere prohibet: quia tuta est in mortuos reprehensio. Hic apud Reginam Ioannam primo in loco fuit; potentiamque suam firmiorem putabat, quia & stu- pris sese insinuauerat. At Regina conuerso in alium amore, percussores ad illum noctu transmisit: quo mortuo alias sibi concubinos substituit.

Pauci sunt, qui apud Reges perpetuò sint potentes. Sæpe qui heri placuit, hodie displicet. Nullum est in atrijs Principum maius studium, quā vt alios de gradu præcipitent, & se erigant. Potentiam quilibet appetit: nulla inter Curiales habitat fides: non frater à fratre tutus inuenitur, nec patri filius fidus est, nec filius

B patrem

CVRIALIVM MISERIAE.

patrem seruat. quilibet sibi studet: omnes
præferri volunt, omnes mandare.

Si quis potens est, mille circa se oculos
habet, & totidem linguas, ad ruinam eius
aspirantes; & unus hinc, alius illinc pre-
mit. Nimium multos timere habet, qui
multum potest: & illum omnes oppugnant,
qui Principi gratior existimatur. Ruunt
tumuli, quæ iuxta flumen sitæ, perpetuum
in se aquæ cursum recipiunt. Quid tu fa-
cias, qui ex unius voluntate dependes? in
cuius amore nec ferro, nec plumbo, sed
cera fixus teneris: quam vel in frigidatus
amor excutiet, vel iræ feruor eliquabit.

Non omnibus tantum arridet Fortuna
(vti vides) quantum Cancellario nostri
Casparus Schlick. Cæsar, Caspari Schlick, quem vel miran-
da fati clementia, vel singularis virtus atq;
præstantia, (quæ in paucissimis homini-
bus reperitur) apud tres Cæsares inter
primores potentem reddidit. Alios verò
vix unquam vidimus in Curia Successoris
tales esse, quales apud Antecessorem fu-
re. Sed præcipitari complurimos ex gra-
du cernimus; ita ut quanto prius honora-
tiores, & potentiores censebantur, tanto
exinde debiliores, & in honoratiōes fi-
ant, & sint inimicis gaudio; Amicis verò
& pro-

& propinquis, & sibi, dolori, molestiæ, atque dedecori. Est autem vulgatissimus eorum finis, qui apud Principes vel Honorem, vel Potentiam quærunt: quos in errore tam manifesto compræhēsos, stultissimos esse nemo negauerit: Nec plura de Potentia.

Nunc DIVITIAS prosequamur, quas III.
minime dubium est complures mortales *Qui Di-*
vitias ve-
in curiales carceres attraxisse; qui cum *nantur.*
Oratio se laborem ferre dicunt senes, ut
in ocia tuta recedant. Quidam verò Iuuenal
nalis referunt verba:

Quando ego figam aliquid, quò sit mihi tut a sene. Iuuenal.
Etus Sat. 9.

A tegete, & baculo.

Aduersus quos possum Saluatoris nostri sermonem referre, qui tam difficile dicit, diuitē intrare regna cœlorū, quām per foramen acus transire Camelum. quo fit, ut stultum sit, Diuitias querere, & spem patriæ cœlestis amittere.

Nec mihi quisquam timorem famis adducat, quasi non habeat Christus, vnde a lat pauperes suos. Apostoli nauim & retia reliquerunt, inquit Hieronymus: nec tamen illis quicquā defuit. Libertas Christi Pauperum, & olera, Crœsi diuitijs præferun-

CVRALIVM MISERIAE

feruntur. Sed ista fortasse nimium religiose dicuntur, nec talia sunt, quæ vulgo probari queant.

Agamus igitur pingui Minerua, consentiamusq; Iuuenali, & Aristoteli, ad Felicem vitam opus esse diuitijs: quia

Iuuenal. Non facile emergunt quorum virtutibus obstat
Sat. 3. Res angusta domi.

Sunt, qui se posse putant diuitias cumulare Principibus seruientes. At hi, vt diuitias comparent, libertatem vendunt, nec tamen diuitias assequuntur. Nam si tibi Princeps vel beneficia contulit, vel Feuda concessit, vel res alias; tanto magis seruire teneris, quanto maiora sunt dona. Quod si aliud nescis, ex Gregorio discito; Cum enim, inquit ille, augentur dona, rationes etiam crescunt donorum.

Quod si tunc ex Curia velis abire, cum diues es factus, mox omnia perdidisti. Inuenitur cauſsa, submittitur accusator, conuinceris reus, etiam non commissi criminis; auferuntur bona, & ne conqueriri quam possis, eripitur & vita.

Si verò in Curia perseueraueris, oportet ad quēuis imperia Regis esse paratum, Ire in bellum, per latrones transfire, nauigare in mari, manere in peste, mille capitatis

ris adire pericula. Iustum & iniustum ex-equi mandatum; ridere & flere cum Re-ge: laudare quem laudat, vituperare quem vituperat; Nulla tibi in verbis, aut in ope-ribus, libertas supererit.

Quid igitur stultius est, quam diuitias per tot tormenta cogere? cum sit manife-sta phrenesis, teste Satyrico:

Vt locuples moriaris egenti viuere fato.

Iuuenal.

Sat. 14.

Nonne præterea deliramētum est, cùm duo vel tres cumulauerint opes, omnes huius liberalitatis munificentiam expe-ctare, & nō potius infinitos respicere, qui dum Regibus seruiunt, ad extremam in-opiam sunt deducti.

*Iam dabitur (inquit Persius) iam iam, donec Persius
deceptus & expes,*

Ne quicquam fundo suspireret nummus in imo.

Diuitibus nonnunquam dari solent di-uitiae, sicut in mare feruntur aquæ. Nemo pauper, quamvis diu & admodum vtiliter seruiuerit, tantū præmij reportabit, quan-tum diues ex obsequio paruo. Non enim seruitia in Curijs Principum, sed personæ ponderantur. Nam &

Paruos parua decent, & magnos munera magna.

Nec donare Reges solent, quod ne-queant, cùm libido fuerit, auferre. Itaque

B 3 nec

11 CURIALIVM MISERIAE

nec rem donatam, si velis, alienare poteris, nec in aliud regnum transferre: nec ex ea quicquam disponere, quod Regi non placeat. Non sunt igitur tuæ huiusmodi diuitiæ, quibus non potes vti pro arbitrio.

Quid, quòd neque testandi facultatem habebis. Nanque si liberis careas, nemo tibi non Princeps erit hæres. Si adsunt filii, nisi & ipsi Principi seruant, non succedent tibi. Taceo, quot diuites necati ius suorum sint, qui eos ditauerant. Solent enim Principes sic nonnullis largiri multa, sicut & nos sues pascimur, ut eos, postquam impinguati fuerint deuoremus. Sic de Seneca, Longinoq; legimus, quos propter diuitias interemtos Iuuenal is affirmat, his versibus:

Iuuenal. Temporibus diris igitur, iussuq; Neronis,
Sat. 10. Longinum, & magnos Senecæ prædiuitis hortos
Clausit, & egregias Lateranorum obsidet ædes
Tota cohors.

Perierunt enim & Laterani propter diuitias. Sancte igitur scriptum est, & vere: Qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis.

Adde quòd paucissimi Reges quæ sua sunt donant. Rapiunt enim vt donet: quæ nec

nec vera sunt dona, nec iustè possidentur. Cùm vix Regnum illum inueniatur, quod non sit vel partum, vel continuatum fraude. Quid est quod largiri iustè Principes possint? Vnde pecuniae? vnde iocalia veniunt, quæ apud Principes sunt, nisi ex raptu vel venditione Iusticiæ, aut ex spolijs Ecclesiarum? At ista sunt iniquitatis præmia, quæ nec Regi prodeſſe, neque tibi vtilitati, si donata fuerint, esse possint.

Relinquamus igitur hanc diuitiarum cupiditatem, quia non impletur auarus pecunia: & Avaro, ut inquit Hieronymus, & Seneca prius dixerat, tam deest quod habet, quam quod nō habet. Scimus Scripturam dicentem; quia non proderunt diuitiæ in tempore vltionis. Diues enim, cùm interierit, non sumet omnia, & non descendet cum eo gloria domus eius. Vivamus, obsecro, tanquam nihil habentes, & omnia possidentes.

Victus atque vestitus, ut iterum Hieronymi verbis vtar, Diuitiæ Christianorum sunt: & has est potens nobis Dominus, absque ministerio Principum, tradere.

Diuitias veras apud Reges, vel non inuenimus, vel tales inuenimus, quas longè melius fuerat non inuenisse. At hoc de di-

CVRIALIVM MISERIAE

uitijs libâsse sufficiat: Ex quibus, ni fallor,
monstratum est, stulticiæ operam dare,
qui ob opes Principibus famulantur.

III. Nunc tempus admonet, vt de V O L V -
Qui ob Go P T A T I B Y S differamus, in quibus multi
luptates mortales beatitudinem posuerunt: Atq;
Principū in primis Epicurus, vir aliquâdo magnus,
Aulas sc̄- quem Philosophi nostri temporis magis
quuntur. verbis, quâm factis, reprobant. Nam quo-
tus est, obsecro, vel Theologorum, qui vo-
luptatibus non inferuiat. Quamobrem
fortè inueniris, qui aspernetur oculis pul-
chritudinem rerum; non odore villo, non
taetu, non sapore capiatur, secludatq; au-
ribus omnem suavitatem: Huic homines,
& fortasse pauci, Deos propitios, plerique
autem iratos putabunt.

In Oratione pro Marcello Ciceronem
declamantem inuenimus: quibus in ver-
bis omnes Q V I N Q Y E S E N S V S tetigit,
quibus voluptates hauriuntur. Cumque
duæ viæ sint, quibus humana vita conti-
netur, Altera virtutū, Altera voluptatum:
Illa deserta, inculta, atque interclusa fron-
dibus & virgultis; hæc semper hominum
frequentia teritur; nec quisquam est, qui
voluptati non obsequatur. Suntque ad-
modum multi, qui tanquam voluptatibus
frui-

fruituri, obsequia Principum amplectuntur: quod quam stultissimum sit, operæ premium fuerit ostendisse: Ac de voluptate, quæ primùm OCVLIS percipitur, primùm dicamus.

Oblectantur nonnulli, dum splendidos *Voluptas*
Equites conspicunt, dum bella geri, ex-*ex visa.*
ercitusq; concurrere vident; dum formo-
fas cultasque mulieres intuentur: dum
cœtus hominum ornatorum: dum ludos,
dum iocos, dum pulcros equos, dum pi-
cturas, dum sericeos pannos, purpureos,
aureos; dum mirificas vestes, insignes vr-
bes, egregias domos, alta palatia, marmo-
rea templa, testudines, viridantia prata,
lucos, fontes, flumina, teras: serenum aë-
rem, montes apricos, amœnas valles, ar-
menta, canes, & huiusmodi cætera con-
templantur.

At hæc omnia multo iucundiora sunt
priuatis hominibus, quam Curiæ obligati.
Nam qui seruitio Regum mancipatus
est, in bello non ut spectator, sed ut miles
aderit, & huc atque illuc concursabit, ac
hostem ferire, scq; tueri magis, quam ob-
lectare oculos cogitabit.

Mulieres non intuebitur, nisi cum Re-
gi

CVRIALIVM MISERIAE

gi placuerit: tuncq; illas videbit, cùm alijs
gratæ, sibi molestissimæ sunt.

Ornati vestibus homines plus inuidiæ,
quàm voluptatis præbebunt: & alienos e-
quos, & meliores, & nitidiores, quàm sui,
non lætabitur inspexisse. Iocis atque ludis
perraro intererit, lateri regio semper af-
sistens. Palatia verò, Templa, picturas, fa-
cilius spectare Mercatores, atque priuati
homines, quàm Curiales possunt.

Cumq; Reges perraro suorum regno-
rum limites exeat, vrbes inspicere non
nisi vnius regni poteris. Nec quid apud
alias Gentes sit preciosum, videndi tibi
copia dabitur.

Ea quoque, quæ in campis sunt visu de-
lectabilia, rariissimè inspicies, domo clau-
sus quasi captiuus, nec vñquam exhibis, ni-
si cùm Rex vel venari voluerit, vel aliter
animum relaxare: quod tum fiet, cùm ma-
ximè velles domi manere, cù niues agros
cooperuerint, vel cùm Solis feruore Mun-
dus ardebit. Sed marcket plærunque sub
tecto, squalida pulueribus, pars maior Cu-
rialium: Nec in choreis atq; tripudijs fœ-
minarum delectatio datur: cùm tu illam
respicias, quæ in alium, & te, nedum sper-
nit, sed etiam odit,

Nulla

Nulla dies est, in qua res mille non videas, quæ tuum conturbent animū. Semper tibi ante oculos inimici sunt, osculari que manum persæpe cogeris, quam velles truncatam videre: facileq; plus amaritudinis, quam dulcedinis, visus tuus ex Curia reportabit.

At in AUDITV, dices, magna est Curialium delectatio, dum Nouitates totius orbis, viros sapientissimos loquentes, dum gesta virorum magnorum, dum cantus, sonosq; audiunt Musicorum. Credo & hoc plerosq; decipere; Sed medendum est etiam huic parti, ne quis oblectaturus aures, Curiæ se astringat, ac molestiam pro voluptate percipiat.

Nam quod tu mihi de Nouitatibus ais, absque negocio confuto: cum plura illic displicantia, quam grata, audiantur. Cum nunc ciuitates captæ, viri præstantes occisi, spolia facta, rapinæ commissæ; victores mali, vieti boni sæpius referantur.

Viros autem sapientes, qui de Moribus ac secretis naturæ disputant, quiq; historias referunt, non nisi per adulaciones apud Principes accipies. Quod si nonnunquam Oratores, atque Philosophi diserti, Curias adeunt, Orationesq; coram Principi-

CYRIALIVM MISERIAE

cipibus habent; non tam dulce est, eos illic audire, vbi cum metu magis loquuntur, quam in scholis, Vbi sunt liberi, & ad veritatem, non complacentiam fantur. Hinc est, quod Athenis, dum libera ciuitas fuit, & Romae, dum Consules Remp. gubernabant, litterarum studia maximè floruerunt.

In Curijs vero, quilibet sermo per adulatioñem habetur, nihil ad verum dicitur. Commendantur mali, boniq; vituperantur. Sunt qui Veterum narrant historias, sed mendosè atque peruersè. Claris auctoribus non creditur, sed fabellis inanibus fides adhibetur.

Plus Guidoni de Columna, qui bellum Troianum magis poëticè, quam historicè scripsit; vel Marsilio de Padua, qui translationes Imperij, quæ nunquam fuerunt, ponit; vel Vincentio Monacho; quam Lilio, Salustio, Iustino, Quinto Curtio, Plutarcho, ac Suetonio, præstantissimis auctoribus, creditur.

Citharistas vero, ac Cantores, quamuis Curia solet optimos habere, (plus enim hoc genus hominum, quam Philosophorum vel Poëtarum, Principibus placet.) non ad tuam, sed Regis audies voluptatem,

tem. Cumq; dormire, aut aliud opus age-
re velles, tum potissimè istorum sonis, aut
cantibus inquietaberis.

Omnibus hoc vicium est cantoribus (inquit Ora-
tius) *inter amicos,*

*Hor. lib. i.
Ser. Sat:*

Vt nunquam inducent animum cantare rogati, 3:
In iussi nunquam desistant.

Quo fit, vt cùm nolis audias, cùm velis,
nusquam appareant. Et tamen his, singu-
lis Calendis, aliquid cogeris elargiri.

Quid, quòd omnia iurgiorum atq; ri-
xarum sunt plena: Vnus alteri maledicit,
increpant se inuicem: Blasphemiae in De-
um, sanctosque iaciuntur; omnes in con-
fuso loquuntur. tot clamore sunt, vt vix
socium, qui propè te est, valeas audire.
Quilibet sua facinora narrat, cum dero-
gatione alterius. Illi suam patriam lau-
dant, & alienam vituperant: spurcissima
vndique verba personant: nulla in verbis
modestia, nulla reuerentia, nullus pudor.
Scurræ semper audiuntur, vel detrahen-
tes, vel ructantes. Nam his solis libertas
est, quicquid vel facere velint, vel dicere.
Ad hæc, si quis sapiat, surdus potius esse
velit, quam audire.

Iam de TACTV pergamus, in quo Ve-
nus potissimè dominatur, quam nonnulli
Voluptas
ex Tacitus.
li, re-

CYRITALIVM MISERIAE

li, rerum ignari, blandissimam in Curijs esse confidunt: Ex eo errantes, quod mulieres eos amare consueuerunt, qui vestibus sunt ornati, qui crines ventilant, qui torneamentis intersunt, qui canunt, qui choreas ducunt, qui semper laeti atque hilares inueniuntur, sicut Curiales esse videntur.

Sed minimè ita est, ut grata sit hic Venus. Nam si qua est mulier, quæ hos amat, non tamen eis se credit, quos loquaces agnoscit iactatores, instabiles plurium amatores: nisi forsitan aliqua est, quæ famam paruifaciat; tuncque multi circa vnam concurrunt, nec ullam, sine riuali, diliges. Hinc rixæ, contentiones, odiosa verba, interdum verbera, & homicidia. Nullam nutrire modico poteris, cui assint qui multa promittant. Veniet alter te pulcrior & acceptior: Nulla tamen fides est, quæ uno contenta sit viro. Sæpe cum amicam petes, aut alium cum ea inuenies, aut ille illam ad alium reperies.

Quod si tibi grata obtigerit & fida puerila, non poteris, nisi raptim, & per furtum esse cum illa. Neq; seruire Regi, & Amori poteris: quia vterq; insolens Dominus est, & qui hominem totum vult sibi.

Adde

Adde, quòd nedum amicam, sed nec cōiugem in Curia pudicam seruabis. Tot sunt vndique Proci, tot formosi Iuuenes, tot Promissores, tot Lenæ, vt nec castissima Coniunx resistere tot impugnationibus possit. Quòd si probissima fuerit, deserenda est tamen, cùm indies Curię Principum moueantur, siue coniunx sit, siue concubina. Tunc anxietates mentisque dolor; quia nec cùm amica remanere, nec illam ducere tecum potes: & instabilitatem fœminæ remanentis, cuius est in horas mutari, semper suspectā habebis. Iunge irrisiones, ac detractiones, quæ fiunt a mantibus. Di numero discrimina; ponderas suspiciones; omnia hæc, cùm sint priuatis grauia, Curialibus importabilia, nec usquam in atrijs Regum tactus oblectatur.

Sequuntur alij duo sensus, O D O R A N - *Voluptas*
D I, & G V S T A N D I, qui partim coniuncti *ex Odore*
sunt, partim disiuncti: Nam dum fercula *in Gustu*
redolentia, sapidaq; comedimus, uterque *stato.*
sensus lætatur. Si quā aut florum, aut vnguentorum sequatur fragrantia, non gustum, sed odoratum iuuabit, & officium suum odoratus amittet, cùm in palato cibis masticabitur. At hi quibus in solo palato

CURIALIUM MISERIAE

lato & causa viuendi, stulti sunt, & pecundum vitam, non hominum, sectantur.

Nam & Apostolus eos vituperat, quorum Deus venter est: Rem namq; damnam sequuntur; quānis plurimi propterea velint Regibus obsequi, vt bibere atque edere maximè possint. Et quia Principes optimis vtuntur vinis atque cibarijs, vesci quoque se eisdem sperant, potatuosque cum Regibus se confidunt. At sicut Muscæ pingues mētas, sic isti vñetas dominorum popinas insectantur: quamuis regalibus epulis magis muscæ, quam isti potiantur.

Videamus igitur, apud fastigium regale, quāta sit Curialium edendi atque bibendi voluptas, quæ sanè tunc optima est, cùm fames adeat, atque sitis: cùm nec illa, nec ista protrahitur. At in Curia perraro ante meridiem cibaria distribuuntur: quo tempore non famelici, sed rabidi sunt homines. Quibusdam verò expectatio longa, debilitatis spiritibus, appetitum surripuit: alij modico pane, vel caseo pregustato, orificium stomachi clauserunt: quo fit, vt alij vorent, quicquid apponitur, & ad crapulam impleatur: alij vel minimum sumere nequeant.

Interdum in ortu diei, & ante lucem,

fer-

fercula posita sunt; quæ nisi comederis,
vsque in noctem iejunabis: nec tamen sto-
machus officium suum fecit, nec appeti-
tus adest.

Cum post meridiem pransus fueris, rur-
sus post horam cœna ponitur: nunquam
in suo tempore cibus affertur.

Hinc subite mortes, atq; intestata senectus; Iuuenal.
& orexis, & Vomitus, & iliorum dolor, & Sat. i.
Calculus, & morborum omnia genera ve-
niunt.

Qualis Cœna, tale Vinum, quod siccii- Iuuenal.
da nollet lana pati, vt Iuuenalis ait, affer- Sat. 5.
tur: quod cum biberis, insanus fias: acetosum,
aquaticum, corruptum, pendulum,
acerbum; aut frigidū, aut nimis tepidum;
colore saporeque malo.

Taceo illos Principes, qui tantum Ce-
reuiiam in potu præbent; quæ cum vbiq;
amarata sit, in Curijs tamen & amarissi-
ma est.

Nec tibi aut in argento, aut in vitro, da-
ri pocula credas. namque in uno furtum
timetur, in altero fractura. Potabis igitur
ex ligneo Scypho, nigro, antiquo, fætido;
in cuius fundo fex concreta est; in quibus
sæpe minxisse Domini consueuerunt. Nec
tibi vni Scyphus dabitur, vt si velis, vel

C aquam

CYRIALIVM MISERIAS

aquam misceas, vel purum bibas; sed in
communi potabis, atque ibi mordebis,
vbi nunc vel pediculosa barba, vel saliu-
sum labium, vel immundissimi dētes fue-
runt.

Interea vinum antiquum in tua prēsen-
tia Regi propinabitur; cuius tanta fra-
grantia est, vt eius odore tota domus re-
pleatur. Bibet is Muscatellum, Maluati-
cum; ex Gallijs, & Matrigali, ex Riparia
Genuensi, ex Hungaria, atq; ex ipsa Græ-
cia sibi afferri vina iubebit; nec vnquam
tibi vel minimum cyathum communica-
bit, quamuis cardiaca passione crucieris.
Quòd si bonum vinum ante te sit, non ta-
men iucundè sapiet, cùm melioris fragan-
tiā tuā hauserint nares.

Velles nonnunquam bibere, sed non
audes, nisi maiores incipient. Nec famuli
vinum apponunt, nisi post medium men-
sē: quod si ante petieris, & importunus, &
petulans, & ebriosus, iudicaberis; nec si-
ne ignominia, quod postulas, obtinebis;
nec ad tuam, sed ad maiorum sitim po-
tabis.

Vinum postquam in mensa fuerit, per
multas manus transibit, antequam ad te
veniat. Nec sp̄eres mundari Scyphū, dum
pincer-

pincernæ remiscent, quamuis in fundo
fex hæreat, vel intus aliquis ruſtauerit.
Nam sicut in templis aquæ benedictæ sub-
infunditur; sic in atrijs Principum vina-
ria vasa, quibus famuli potant, in anno se-
mel euacuata mundantur.

Nec in Vino tantum, sed in Aqua quo-
que cruciatus inest. Nam

Si stomachus Domini (ut Iuuenal is inquit) Iuuenal.
feruet potuq; ciboq; Sat. 5.

Frigidior geticis petitur decocta pruinis:

Quibusdam in æstatem seruatur gla-
cies, atque hac in feruoribus vina frige-
fiunt: nec tibi minima portio dabitur, ma-
iorique siti cruciaberis, quia videndo ni-
hil gustabis.

Quid tibi de mappis dicam? nigris, la-
ceris, vnetis, quæ nedū tibi fastidium mo-
uent, sed manibus applicantur, teque se-
quuntur, si quando te volueris tergere:
quod plures veriti, madidas pingui iure
manus, in proprijs desiccât vestibus. Hinc
est illud abdomen, quod in pectoralibus
Curialium cernis, vt satius sit, in stabulis
porcorum, quam in Curijs comedere do-
minorum. Nam mensalia illa munda, se-
ricia, duplicata, solis Principibus serui-
unt, & indies mutantur: tua truncis affi-

CVRIALIVM MISERIAE

xatam diu , vt discerni à mensa possint.

Audi nunc cibaria , & sume Voluptatē, si potes. Nulla tibia alia mactantur animalia, quam boues, capræ, porci, vel Vrsi: nec ista recentia, vel paululum trita, sed postquam fœtore cooperunt, dispensatores emere solent: nam quo minoris emunt, comagis furantur.

Carnes tuæ frigidæ, bis coctæ, immundæ, insipidæ, fœtentes, fumo & carbonibus plenæ, nullis condimentis, nullis salsamentis, speciebusque nullis apparatæ: Caules putridi, rapæ marcentes, & mucedæ, legumina semicocta; Ciceraque pisis, fabis, lentibus, interdum & pulueribus atque cineribus mixta.

Caseus raro ad te venit, aut si venit, viuis est plenus vermis, vndique perforatus, situ squalidus, saxo durior. Butyrum fœtidum, lardumque rancidum tua fercula condit. Oua tunc apponuntur tibi, cum iam pullos alunt. Pira & poma marcida, quæ nisi tu comederes, porcorū esca fuissent. Oleum, quo tibi excoquuntur fercula, de lampadibus sumitur, vel lucernis, cuius fœtore fugari serpentes possent: quale illud fuisse credēdum est, propter quod Romę cum Bochare nemo lauari volebat.

Ego

Ego magnifico hero meo Caspari, Cancellario, gratias ago, qui me hac ex sentina immundiciarum detraxit, & ad lautam eius mensam deduxit: quamuis nisi ipse fuisset, iam Curiarum tædijs renūciassem. Sed persequar cœptum iter.

Pisces tui vel Lucij parui, vel Carpones, vel halecia. Si natalicum fuerit, poteris & Renkam gustare, luti, in quo iacuit, odore fœtentem, & Anguillam colubri cognatā, aut hosce pisces, qui apud cloacas vrbium nutriuntur. Si quis tibi nobilior piscis appetetur, quatriduanus erit.

Panis tuus niger, & adeo durus, vt vix geminis dentibus frangi queat. Et quamuis eodem precio sæpe niger & albus panis ematur, ne tamen assuescas, semper nigro pasceris. Voluntque Domini assidue inter se, ac seruos, disparitatem notari, quamuis neq; voluptati nonnunquam, neque usui fuerit.

Tua insuper fercula eadem sunt: facileque in annum, quid tibi edendum sit, scire poteris: quæ res admodum voluptatem diminuit, quæ solet varietatibus irritari. Posset forsitan aliquis hoc tolerare, nisi meliora præ se ferri continuo cerneret: sicuti Curialibus accidit, qui dum fordidi-

CVRIALIVM MISERIAE

dum panem terunt, dumque in morem equorum vel ordeum, vel speltam vorant, aut, quas vocant, caseatas: Interea Domini piscem, quem Corsica misit, vel Tauritanæ rupes. Sæuentia namque guttura satiare non sufficiunt nostra flumina, nec maria: dum pescatores proxima quoque scrutantur retibus, nec piscem sinunt in vicinia crescere.

Ecce mox alium, qui longi latique pectoris; nec non Squillam defert, asparagis vndique septam: Cuius cauda nedum familiam, sed hospites quoque, si qui affuerint, coniuiasque despicit. Ille Murnam addicit ex Sicilia, quam inter Scilam & Charybdin cepit, dum Auster se cointineret. Quid Accipenseris, Trutas, temulas, aut alios pisces enumerare attinet? Quicqd in aquis suauius alitur, ante Principem, atq; id vel assum; vel oleo Venefrano, vel vino coctum optimo, inter odoriferas herbas, intueberis.

Maxima inter pisces tibi inuidia accrescit, nec minor inter carnes: Cum Ceruum, Loporem, Aprum, Capream, Castorea, Fascianū, Perdicē, Gruem, Pauonem, Orycem, Gallinā, Turdos, Merulas, Ficedulas, Ardeas, Anseres; Hædulos, Agnulos,

culos, Cuniculos, Asperiolos, & quicquid volat, & quadrupedat saporis egregij, vorantem Principem videoas; atque hec egregie condita, pulmentarijsque preparata suauissimis: quæ cum respicis, nihil ex his, quæ ante te sunt, mordere potes: sed expectas, & ad comitem dicis; Ecce iam dabit nobis semiesum Leporem, aut aliquid de clunibus Apri: Iam piscem assum, iam congelatum aromatico iure ad nos mittet: Iam pullum gallinaceum, iam duas auiculas destinabit. Sed euanebit omnis cogitatus tuus. Nam Curialibus nihil horum porrigitur, nisi fortasse ad cruciatum tuum, aliquid socio, tibi assidenti, mitteretur, quo scires, illum te Principi cariorem. Nonnunquam & tibi tantillum dabitur, non quo satieris, sed quo magis afficiaris rædio, quam suaves sint epulæ Principum sciens.

Panem ante Dominum niueum, ac molli salagine factum aspicies; ad quem pistandum proprius elitur, ac magno stipendo retinetur artocopus. quem si tangere volueris, increpatus percutieris, qui panem tui canistri non receperis, nec intatum heri dimiseris.

Quod si Ver fuerit, & optata tonitrua

CVRIALIVM MISERTIAE

cœnas maiores reddiderunt, raduntus
Tubera terræ, & usque à Lybia deferuntur
Boleti optimi, quales edere solebat Clau-
dius ante illum, in quo venenum vxor sibi
porrexit. Curialibus autem viles & anci-
pites Fungi ponuntur, & in quibus sæpe
mors editur.

Poma Principis talia sunt, qualia soro-
tes dicuntur Hesperides habuisse; & his
solum oblectari potes. tam enim odori-
fera sunt, vt non solum propinquos, sed
longè etiam stantes odore suo perfun-
dant. Tangere tamen illa non poteris, aut
quouis pacto gustare.

Caseus ex Parma, Placentiaque deduci-
tur: sudans, cereus, pinguis, ex ouibus fa-
ctus, quæ solū serpillum, cum suauissimis
herbis, depastæ sunt.

Structorem interea saltantem per do-
mum, & Chiromanta volanti cultello an-
te Dominum diuersis gestibus leporem
atque gallinam secantem spectabis; qui te
nihil horum permittit tangere, quibus
oblectareris.

Quis est, qui rebus in istis voluptatem
esse Curialibus credat? quis non potius
pœnam ingentem, cruciatumque maxi-
mum recognoscat? An non similiūm est
hoc

hoc tormētum illi, quod Poëtæ finxerunt
de Tantalo, qui nec in aquis bibere, nec
in pomis edere potest, quamvis ad men-
tum usque utraque sibi pertingant?

Quid quod in mensa Princeps assiduè
fabulatur, atque tacenda, dicendaque fa-
tur; cùm tu nec loqui nec hiscere audeas.
Nam si fortè mutire præsumferis, aut nu-
tu aliquid significare, quasi casus per plan-
tas educeris foras, ac vel latro, vel fur vo-
caberis, vel adulter.

*Maxima quoq[ue] domus (vt Iuuenal[is] ait) seruis Iuuenal[is].
est plena superbis.* Sat. 5.

Ille panem magno cum murmure por-
rigit; ille indignatur quod se aliquid po-
scas, & quod, se stante, recumbas. Aut non
vident famuli defectum mensæ, aut, si vi-
dent, negligunt emendare. Sæpe tibi vi-
num, vel panis deerit, nec tamen aliquid
istorum poscere audebis. Si vel aquam, vt
vinum domes, vel acetum, vt piscem mer-
gas, vel sal, vt carnes aspergas, vñquam pe-
tieris, importunus diceris.

Enumero tibi sedentium tædia; sed ma-
iora illorum sunt, qui stantes seruiunt, &
quoties aliquid mordes, ipsi tecum hiant,
& aërem solum capiunt, qui solis pascun-

CVRALIVM MISERIAE
tur cœnarum reliquijs. Sed accipe mole-
stias alias.

Sunt in Curia diuersæ dapes. Nam raro
minus quatuor ferculis cœna paratur. At
ista nunquam, vt optares, ex ordine da-
buntur. Semper quod vltimum velles, e-
rit primum, cum pane satur, & vrsi plenus
dorso fueris: tunc tibi cibaria meliora por-
rigentur, vel vt stomachatus renuas, vel ad
crapulam, cum tuo maximo damno, com-
edas. Quod si quis casus meliores epulas
initio mensæ concesserit, mox illæ ex ocul-
lis auferentur. Est enim magna ministris
diligentia, ne diutius res preciosiores esse
in mensa permittant. Nam & in ponendo
tardiisculi, & in leuando celerrimi sunt.

Aspice insuper, In Paropside quot ma-
nus enatant circa carnes? quot Cultelli fe-
stinant? quale periculum illic manum ap-
Ponere, nisi quis Chirothecam ferream
recepérít? Sicut apud Strigoniensem Ar-
chiepiscopum, illum, qui ante præsentem
secundus fuit, Florentinum quendam fe-
cisse commemorant. Contigit enim, vt
nonnunquam alienum quis digitum, vel
portiunculam manus, acceperit, atque
momorderit, vituli carnem, vel bouis ex-
istimans.

Mensæ

Mensæ in Curijs vndique circundantur edentibus. Cibaria supra caput tuum, & humeros afferuntur, sæpeque super te ius totum effunditur. Hic te premit, is raptat, & in faciem tuam vomit. Inter ferculum & ferculum magna fit mora, tempusque longum expectando consumitur; cùm interim nec spuere, nec screare potes, nisi scurrarum numero velis haberi.

Nunquam certa comedendi est hora. Si tamen in ipso mensæ initio non affueris, cœna multaberis, aut iurgijs afficeris acerbis. Inter hęc nec porrum, neque cepe, neq; allium, quia venenum ab Oratio dicitur, comedere poteris. Ne igitur quæ Principes edunt; nam illa tuum ventrem designantur: nec quæ Rustici vorant, quia fœtorem Dominis ingerunt, gustare permitteris.

Crassis igitur illis, & nullo sapore conditis vteris dapibus. In quibus si voluptas esset aliqua, cessaret tamen, quia continuæ sunt, & immutabiles:

*Namque voluptates, (vt Iuuenalis affirmat) Iuuenal.
commendat rarer vſus,* Sat. II.

At in his rebus tantum deest, vt gaudium aliquod intercedat, vt malè iudicare non existimem, qui summam in eis misericordiam,

CVRIALIVM MISERIAE

riam , summamque cordis afflictionem posuerit.

Sed stultum atque imperitum vulgus haec tædia non animaduertit , solumque suspensas auro vesteres , ac sublimes respicit in equis milites. Et cum opes, argentum, aurum, famulorum cateruas , & ornatum exteriorem intuetur , miserias interiores nequaquam considerat. At Seneca, summa prudentia vir, Isti, inquit, quos pro felicibus aspicitis, si non quæ cernuntur, sed quæ latent videritis , Miseri sunt, folidi, turpes, ad similitudinem suorum parietum, extrinsecus culti.

Quo fit, ut Curialibus, qui propter irritamenta gulæ, Principibus seruiunt, nedū ciues priuatos, qui cum iucunda coniuge, inter dulces liberos , castè ac parcè comedunt; vel Ruricolas , qui medias inter oves, castaneas molles, & mitia poma, cum lacte , vorantes, nitidi fluminis vndas exhauriunt; sed ipsos quoque, qui in crepidinibus petrarum, vel in pontibus , vel ad Ecclesiarum valueas mendicant , sine cunctatione præponam. Cum illis nec ex sententia succedat quod appetunt, nec, si successerit, meliores propterea beatioresue fiant. Sunt igitur omnes stulti , qui ob has

has causas in regium famulatum sese recipiunt.

Cæterū cùm ab initio dixerimus, quos-dam esse, qui tanquam *ANIMAE CONSUL*. *Qui Ani-*
turi, Regalibus sese dedunt obsequijs (Ex- mas lu-
istimant enim consulendo Regibus, utili-crari vo-
tatem Reip. promouendo, pupilli & vi-lunt in
duarum tuendo causas, afflictis & inopi-Aula.
bus succurrento, tanto magis Deo place-
re, quanto maiore tædio ista peragunt.)
respondendum est etiam his; Ne, qui stul-
tiores sunt alijs, sapientiores omnibus vi-
deantur.

Quamuis neminē adhuc cognouerim,
qui non suum aliquod temporale com-
modum apud Reges insectaretur: Finga-
mus tamen aliquem fore, quem sola salu-
tis Animæ ratio moueat. An ita est, vt hoc
in Curia sibi possit obtainere? Consule-
músne nos viro bono, in obsequio vt se
Regis immergit? Putabimúsne sic animā
lucrefieri? Mihi, hercule, non fit verisimi-
le, in Curijs Principum, vbi tot vicia re-
gnant, vbi tot irritamēta ab exercitio vir-
tutum subducunt, vi virum aliquem bo-
num posse perseverare.

Nanque vt Sessor bonus in equo retro-
grado, vel calcitroso excutietur, dilabe-
turque

CVRIALIVM MISERIAE

turque tandem; Sic vir bonus & iustus apud Reges diffluet; vel imminutus rerum licentia ac luxu, & tot immundicijs tum viciorum, tum hominum circumuentus, declinabit à via, & in scopulos ruet, ventorū viribus aëtus & tempestatum. Quod cùm Plato in Athenensi Curia perspexisset, fugere potius statuit, quām inter tot viciorum inquinamenta morari.

Quibus moribus Aulicum esse præditum oportet in Curijs obsequi omnibus, comportat. Cognoscito igitur teipsum, qui sequi Curiam statuis, & an Platone sis maior, animaduertito; an virium plus tibi, quām illi, sit ad resistendum malæ consuetudini. Oportet in Curijs obsequi omnibus, communicare quod habes, seruire temporibus, versare naturam, & tegere, Nec non teipsum huc & illuc torquere, & flectere: Cum tristibus seuerè, cum remissis iucundè, cum senibus grauiter, cum iuuenibus comiter, cum facinorosis audacter, cum libidinosis luxuriosè viuere: quod nisi feceris, nec magnus in Curia, nec diuturnus esse poteris.

Sed replicabis mihi fortasse, illū ipsum Platonem, quem fugisse Curiam, superius scripsi, posterius tamen ad Dionysium, Siciliæ Tyrannum, peruenisse, illique seruisse. Sic est, vt ais. Sed vide, quid obtigerit. Nanque

Nanque vocatus ab illo, per doctrinæ spe-
ciam, cùm Tyranni vicia corripuisse, Ty-
ranni fraude venundatus est.

Nec is solus ex sapientibus iram Princi-
pis expertus est. Nam & Zenonem Philo-
sophum, senem admodum, Phalaris Ty-
rannus omni cruciatus genere dilacera-
uit. Anaxagoras nobilis Philosophus, ab
Anacreonte, Cypriorum Rege, occisus
est. Boëtius iussu Theodorici Regis inter-
iit. Longa mora esset, si, quos viros bonos
necari Principes iusserint, enumerare vo-
luerim.

Nec mihi quispiam vel Moysen, vel He-
lyseum, vel alium quempiam Philosopho-
rum commemorauerit; quasi & sibi lice-
at, quod viris diuinis permisum extitit.
Nec enim cum Regibus illi mäserunt, sed
functi legatione, quam Deus eis manda-
uerat, abierunt. Solus Ioseph apud Pha-
raonem moratus est, quem ordinatio di-
uina, pro salute populi, illuc transmiserat,
& venundatio fraterna. Fatebor & Mauri-
cius, & Martinus militasse, ac Principi-
bus seruiuisse; sed ille quamprimum Chris-
tianus cognitus est, cum tota mox legio-
ne Thebea truncatus est capite: Hic ut vir-
factus est, & regia castra dimisit, & in ob-
sequium

CYRICALIVM MISERIAE

sequium Dei se sequestrauit. Sciebat enim vir sanctus, quia pupillorum & viduarum causæ ad Principes nō egrediuntur. Quia nunquam apud Reges causa pauperū defenditur; quia venalis est omnis Iusticia; quia impudicus est omnis sermo, quia nulla misericordia, nullus Religionis Zelus, nulla caritas, sed inuidia & ambitio tantummodo dominatur. Quibus obsistere, fortissimi fuerit, & plus diuina quam humana sapientia.

Et quamuis esset Martinus ipse sanctissimus, possetque sua virtute superare maliciam; amplius tamen militiam nec per se voluit sequi, nec alijs imitandam suo exemplo demonstrare.

Nec Saluator noster CHRISTVS, interrogatus quid faciendū esset, ad vitam consequendā, vade dixit, & Regibus seruito: Sed vade, inquit, & yende omnia, quae habes, & sequere me: non Principem, non Regem, sed me; non Curiam, sed me inquam sequere.

Videas igitur tibi, vir bone, qui propter Animam sequeris Curiam, ne propter Curiam illam perdas: quia multi sunt ibi laquei, multa offendicula, multe insidię Demonomum. Durum est ambitionem frenare, auari-

avariciam compescere, inuidiam domare, iram cohibere, luxuriam coartare, dum semper inter ista verseris.

Si quis tamen à Deo sibi creditum talentum nouit, vincere ut ista possit; & tanquam Sol immaculatus in luto versari; Si potest picem tangere, & ab ea non inquinari; si potest ignem ingredi & nō vri: non illum Curiam sequi prohibeo. Nam meritum tanto grandius assequetur, quanto periculosius militauit. Sed persuasum est mihi, neminem esse, qui Curiæ seruiendo non potius vincatur à vicijs, quam vicia vincat. Dociles imitādis, ut Iuuenalis verba recenseam, turpibus ac præcis omnes sumus.

In Genesi quoque diuinum Oraculum *Genes.* est in hunc modum: *Sensus & Cogitatio cap. 8.* *humani Cordis, in malum prona sunt ab adolescentia sua.* Non fuaserim igitur vlli in Curijs immorandum. Nam & Anima, ut dixi, discriminī magno supponitur, & vita saepe ante tempus amittitur. Quoniam vel Principum desiderio fauebis, ac vltro suis vicijs arridebis; & animam perdidisti: vel increpabis malos mores, accusabisq; sclera; & inde iram Principis experieris.

D Cyrus

CvRIALIVM MISERIAE

Cyrus, Persarum Rex, Arpalō familiari
suo, admodum ante caro, ob reprehen-
sum in se vicium, filios epulandos in con-
uiuio dedit. Cambyses eiusdem ex carissi-
mis, qui se de ebrietate corripuerat, filium
fagitta transfixit. Nec tu mihi Aristotelem
obijcas, summum Philosophum, Alexan-
dri Magni castra sequentem. Necis enim
qua voluptate hoc egerit, & an sibi liber-
tas fuerit aliter faciendi.

At secuti sunt Alexandrum complures
alij: Calisthenes Philosophus, Clitus fra-
ter collactaneus, Lysimachus miles, & Phi-
losophus insignis. Calisthenes dum ado-
rari more Persico Alexandrum prohibet,
truncatis manibus & pedibus, effossis o-
culis, & auribus amputatis, miserā vitam
in carcere ducere cogebatur. Cui cū Ly-
simachus, in remedium ærumnarum, ve-
nenum obtulisset, Leoni obiectus est. Cli-
to, cū Alexandrum, Philippi patris lau-
dibus detrahentem, redarguisset, ab eo-
dem, vt suprà retuli, in conuiuio est oc-
cīsus.

Sunt igitur stulti, meo iudicio; & vt ar-
bitror, tuo Iohannes amantissime, &
qui propter superiores causas, & qui pro-
pter Animæ lucrum, seruitia Principiū
ample-

amplectuntur. Quoniam, vel quod querunt, non inueniunt; vel per viam spinosam & ancipitem pergunt; Cum ad finem, quem cupiunt, tutissimis possint, & quietissimis itineribus proficiisci.

Eset ergo iam satisfactum his, quæ ab initio proposuimus; possemque iam Epistolā claudere; sed sunt adhuc aliæ quampures molestię Curialium, de quibus non erit ab re, quam breuiter meminisse.

PLurima inter DORMIENDVM sunt tē- Reliquæ dia. Sæpe in asseribus dormiendum Aulicorū est; in paleis; in lapidibus, nudoque solo, in vento, in pluia, in frigoribus. Si plumas fueris affecutus, ad Pediculos, Pu- Inter dor lices, Culices, & alias infinitas vel mor- miedum. dentes, vel teterimè fœtentes bestiolas te præpara. Nunquam solus dormies, nisi cum socium cuperes. Linteamina im- munda, fœtida, lacerata, & quibus nuperime pestilentia sunt mortui, tibi dabun- tur.

Comes adiungetur scabiosus, qui se tota nocte fricabit. Alius tussitabit, alius fœtido flatu te perurgebit. Interdum & leprosus tibi coniacebit. Alius frigidus est, & vestimenta ad se rapit; Alius Febre cali-

CURIALIVM MISERIAE

dus, & ladicem cum omni tegmento supra te iacit. Semper vel ille tibi molestus erit, vel tu illi videberis tædiosus.

Dormitur frequenter in cōmuni, vbi vel x. vel xx. sunt, vbi unus sterit, alter pedit; aliis calceos iactitat: nunquam ante medium noctis est silentium. Veniunt Ebrij dormitum, confabulantur, garriunt, raptant, rixantur, pugnant, & se inuicē cœidunt: Surgunt mingentes. Sæpe apud stambula sunt cubicula tua, & equos fremitantes, vel se mordentes audis. Nunquā scies, vbi iacere debeas, nisi Domini dormitum iuerint.

Sunt in diuersorū multi Aduenę, muliti ignoti; & vita Curialium plerunque in hospitijs publicis statuitur: vbi continuo fures timendi, vel formidandi sicarij sunt: neque res tuas unquam tam diligenter custodies, quin aliquid detractum reperias. Nam & ipsi fures in thalamo tuo dormient, & te soproposito assurgent, resq; tuas subte quoque iacentes eripient.

Affunt Meretrices, Ancillę, Lenones, Ioculatores, Lusores, Parasiti, qui iurgia continuo pro ludunt; tantusque clamor exoritur, vt nedum dormire, sed nec qui prope te est loquentem socium intelligere

re queas. Adde loquacitatem eorum, qui nocte, quam longa est, nunquam quiescunt.

*Absentem cantat amicam, vt Flaccus ait,
Mult'a prolutus vappa Nauta atq; viator.*

Horatius
lib. i. Ser.

Sat. 5.

Nulla dormienti quies datur. Quod si
vnquam rumores, & alia mala, somnus vin-
ceret, ac oculos claudere cœperis ; è vesti-
gio reuocaberis, & aliquo casu surgere cō-
pelleris. Credo te ista milles expertum,
ideoque sum breuior.

Sed alia accipe, quæ inter HOSPITAN- *Molestiae*
dum sunt tedia. Mareschallus orandus est, *hosptio-*
ac precio conducendus ; rogandique fer- *rum.*
ui eius, & alliciendi muneribus, vt hospi-
tium tibi tolerabile præbeant. Quod si
promiserint, nō tamen implebunt : teque
vel in remotissimis locis, vel in fœtidissi-
mis Ganis collocabunt. Interdum & ho-
nestum locum, quem dedit, vt deseras, &
alteri cedas, minis & vi coget.

Sed esset tolerabile fortasse, Mareschal-
lo caput infletere, cuius est officium non
inhonestum ; at sordidos homines sequi,
atque his supplicare, & offerre pecuniam,
grauissimum est. Nec tamen hoc potes ef-
fugere. Nam & Coquis, & Pistoribus, &
Frumentarijs, & bladi viniq; distributo-

D 3 ribus,

CVRIALIVM MISERIAE
ribus, humiliare te conuenit, & ipsorum
benevolentiam emere.

Quid Ostiarium referam? Heu quoties
ille vlnas in pectus detrudet tuum? quoties
te pugno, vel calce repellat? quoties,
vbi te viderit venientem, portam, quæ pa-
tebat, statim concludet? Quoties te exclu-
so, quamuis aurum dederis, vel Mimum,
vel Scurram, vel Aemulum tuum intro-
mittet? Quoties tibi vel dormire Princi-
pem, vel in cōfilio esse, vel ægrotare men-
titur?

Molestia Quid de MOTU CASTRORVM dicam?
expeditio Quis tormenta, quæ nunc incident, possit
num & enumerar? Quanta equorum est cura,
stinerū. quanta armorum? Quot vrgent angustia?
Transeunda sunt alta flumina, pontes an-
cipites ascendendi. Equitandum in Te-
nebris, in Pluvia, in Vento, in Niviis, in
Luto, in Glacie, in Fluminibus, in Spinis,
in Nemoribus, in Saxis, in Præcipitijs, in
abruptis collīum; Inter Latrones, inter
Hostes.

Nunquam certus est Principis rece-
sus. Fama nonnunquam vagatur, in cra-
stīnum esse castra remouenda: cumque ac-
cinctus es viæ, mutatur opinio. Quod si
fortè imparatus fueris, repente fiet rece-
sus;

sus; ibitque cum paucis, & sequi pene festinanter omnes iubebit, idque tunc potissime, cum vel egrotabis, vel medicinam sumseris, vel sanguinem diminueris, aut equi, aut famuli tui, minus dispositi fuerint.

Si quis & standi, vel recedendi certitudinem habere voluerit, ex cauponibus, vel meretricibus melius instruetur, quam ex alijs. Nunquam quo sit eundum scies, nisi postquam perueneris. Creditur summa luce Rex abiturus, tuncque omnes in Equis expectant, & ad meridiem usque, tam Muli, quam Equi, & Currus, onerati manent, saepeque onera, tanquam decepti, deponunt.

Cum verò iter arreptum est, in his locis potissimè māsio fit, ubi nec vina sunt, nec cibaria, nec in quibus recipi queas diuersoria. Vbi verò vbertim omnia suppetunt, nunquam post biduum castra manebunt. Est enim Regibus tedium, quoties multitudinem latam audiunt. Contra verò ex angustijs afflictioneq; Plebis, solatia suscipiunt. Ideo nonnunquā mille passus proficiuntur: Interdum quinquaginta milia passuum obambulabunt. Gaudebuntque cum te, vel familiarem perdidisse, vel

D 4 equum,

CVRIALIVM MISERIAE

equum, accipient: vel cum te præcipitatum in flumina, vel frigore obriguisse, vel æstu defecisse cognouerint: cùm ipsi & contra frigus, & contra calorem armati exierint.

In Castrorum præterea processu quo pressuræ sunt? quo calces? quo trusio-nes? quo casus? quo irrisiones? quo blasphemiae? Nunc tuus Equus alium cœ-dit, & in te culpa refertur: nunc tuus læ-ditur, & afficieris damno. Litigant inui-cem famuli, & in bellum descendunt Do-mini,

Interdum seruare ordinē oportet: nu-squam cedere loco licet. Festinandum est, cùm alij festinant, tardandumque cum a-lij tardant. Nec prope te erit, quem velis amicum, nec ad eum, vbi sit, poteris ire. Si quo casu ceçideris, nemo te colliget, sed vniuerso exercitu calcaberis, & tam tu, quam equus, in puluerem redigeris.

Nunc in locis Palustribus, & in luto ca-strata ponuntur; nunc in arena, locoquo st-riili; ex quo nec lignatum, nec aquatum, absque magno discrimine progredi que-as. Tunc aut Aestas erit, & caloribus ex-u-reris, Cicadis obtunderis, Culicibus mor-deberis, Serpentibus intoxica-beris, fœto-ribus

ribus atque exhalationibus pessimis cruciaberis: Aut est Hyems, & tecto atque vestibus nudus peribis. Quod si tu forsan evaseris, famuli tamē & equi superesse non poterunt.

Adde, cūm propè sunt hostes, maiores molestias: Nunc vitandos lapides, nunc sagittas timendas, nunc fures formidando, nunc latrones. Nunc insultus est faciendus in hostes; Nunc cauendum est, ne hostes ipsi officiant insultantes. In armis edendum est, in armis dormiendum: Semper in vallo Castrorum, in portis, excubie sunt habenda. Nunquam hora quieta est, nunquam in pace manet licet, nunquam tubæ, nunquam cornua tacent, nunquam insidiæ cessant.

Quoties itur ad muros, vel cū duo concurrunt Exercitus, quanta trepidatio est? quot clamores? Nunc eriguntur machinæ, nunc feruntur tribuli, concurrunt iacula, fodiuntur missilibus scuta: coruscantes: sub illo equus occiditur, hic fossus telo, ruinam minatur. Illi caput aufertur, huic manus amputatur, quidam calcantur inter equos, quidam in foueis iacent exangues: mille facies mortis vbiique videntur. Non hic misericordia est, non be-

D 5 nigni-

nignitas, non humanitas. Sed ille vir bonus, ille miles egregius, ille fortissimus creditur Imperator, qui plures sua manu necauit, quiq; cruentum gladium ex plurium virorum iugulis eduxit.

Sunt Equestres pugnæ, sunt Pedestres, sunt Nauales, sunt Murales, vbique res sunt horrendæ, & facies Inferni similes. Nihil ibi lucrari absque iniuria proximi potes; Nec tua sunt, quæ bellis quæruntur iniustis, vt ferè sunt omnia bella, quæ inter domesticos fidei cōmittuntur. Perdere autem illic nedū res, sed vitā & animā potes. Nec tu te vitare posse bellum confidas, in quo tuus Rex interfuerit. Nemo se mare vitaturū speret, cùm Rex nauigauerit. Aut comitandus Rex est, aut amittendus, inter tòt, tantasque difficultates. Aut Iuuenis es, & sufferre insolitas res nō potes; aut antiquus, & deficientibus viribus, nec inediā, nec sitim, nec laborem sustinere vales.

Morborū Prætereo Morbos, qui, dum sic angimoleſtia. mur, nos aggrediuntur: quibus coacti vel in via deserimur: vel inter ignotos plerunque diem claudunt, qui domi manentes, per multos annos viuere potuifant.

Sed

Sed redeamus iam in Vrbes: simus in *Moleſtiae*
 ample, ſpacioſoque loco: quiescat Curia: *Aulae etiā*
 deerūntne propterea cruciatus? An non
 fient indies noua edicta, & conſtitutiones
 nouæ? quibus vt te coaptes, ſingulis die-
 bus de nono incipies viuere. Siue Rex fe-
 deat, ſiue ſtet, tibi tamen ſemper erit stan-
 dum, nec vllā tuis tibijs poteris dare quietem: ſi q; non nunquam ſedes, temerarius
 iudicaberis.

Quid verò in *STIPENDIIS* exigendis? *Stipēdia*
 quanta morositas, quantaque diminutio *ſoluendi*
 eſt? Nunquā in tempore datur, nunquā *moroſi-*
integrum; nunc ad iſtum, nunc ad illum *tas,*
 remitteris, diuerſisque mendacijs eludē-
 roris. Multa ſunt, propter quæ Magnifico
 Caspari Cancellario teneor, ſed in hoc
 quoq; ſuæ magnificentia sum obnoxius,
 quia me non patitur ſalario meo fruſtra-
 ri, ſicut alios video, qui ſuum gemunt
 fraudari ſalarym. Nunquā ſtipendia re-
 cipiunt, niſi diſtributorem donauerint.
 Nec vllus eſt, qui tam clara conuentionis
 ſuæ capitula faciat, vt ad voluntatem Of-
 ficialium nō recipiant interpretationem,
 qui ſunt omnis auri corrasores.

Sed iam de *N E C E S S A R I I S* aliquid dica-
 mus, qui & ipſi Curialium tormenta ex-
 augent, *Amici &*
necessarij
moleſti
Aulicis.

CYRIALIUM MISERIAE

angent, nunc hoc, nunc illud impetrari sibi petentes: Et siue durum sit, siue absurdum, quod optant, tamē impetrare te volunt. Quidam potentes sunt, qui ex gratia Principis promouere Propinquos possent, sed tales sunt eius consanguinei, ut vel eis benefacere non audeat, vel, si audiat, infamiam populi, & indignationem suprase Dei sustineat,

Amor Quid? quod amorē in se Principis nemo verum assequitur? Namque, ut Isocrates in eo quem de regno scripsit libro testatur, Principes neminem, nisi inconsulto quodā impetu diligunt: Quod si quem amant, non et amicum diligunt: Inter parentes enim amicicia versatur: sed eo modo Principū amant, quo & Canes, & Equos diligunt, in Aulī fructum ut exinde suscipiant. Quid dixi? erravi, Certe multo plus equus, aut canis, quam homo, diligitur. Mortuo quippe viro, mox vir alias adest, qui locum defuncti magnis precibus sibi dimitti postulat. At Canis, vel Equi mortui vicem, non supplebit aliis, nisi vel emtus precio, vel gratia.

Parum adhuc dixi: cùm nedum non dolenda, sed optanda mors tua Principi sit, qui diutius seruisti. Aut enim pro longis

gis obsequijs non te remunerauit, & sol-
uitur obligatio morte tua, dulceque suo
ex ore sonabit: *Ah, si mortuus non fuisset
homo ille, magnis eum muneribus donasssem.*
Aut largitus est tibi plurima, quæ te mor-
tuo recuperare se sperat. Vix enim hodie
diues aliquis moritur, cui Principes non
succedant.

Sed audi iam, quot imminent tibi mo- *Molestia*
lestiae propter personam Principis. Raro *à persona*
nendum inter Principes, sed inter Priua- *Principis*
tos quoque vir bonus reperitur. Cicero
in diuinationum libris, Si quæ tarissimè
fiunt monstra putanda sunt, inquit, magis
monstrum erit vir bonus, quā partus mu-
læ. Astipulatur huic sententiæ Iuuinalis,
qui licet prius dixisset,

Rari quippe boni, numero vix sunt totidem, quot Iuuinal.
Thebarum portæ, vel diuinitis ostia Nili, *Sat. 13.*
Postea tamen, quasi septem reperiri non
possent, amplius se restrinxit, dicens:
Egregium, sanctumq; virum si cerno, bimembri
Vt monstrum pueri, & miranti sub aratro
Piscibus inuentis, & fæta comparo Mulae.

Nec diuina scriptura remissior est: Si- *Rom. 3.*
quidem apud Paulum Prophetæ verba re-
lata sunt: *Est autem Deus verax, omnis
homo*

CVRIALIVM MISERIAE

homo mendax. Et iterum scriptum est
quia non iustus quisquam, non est intelli-
gens, non est requiren's Detum. Ac rursus:
*Non est qui faciat bonum, non est usque ad
vnum.* Vides vt Oratores, ac Poëtæ, cum
sacra Scriptura concordant. Vidésne, vt
tari boni, mali verò infiniti sunt?

Psal. 14.
53.

Si ergo Rex tuus malus fuerit, dolebis
eius infamiam, eiusque vicijs cruciabe-
ris. Si Auarus est, angeris, quia nec te præ-
miat, nec alios bene meritos; & quia plu-
rima negligit, ne sumtum faciat: Si Libe-
ralior est, times, ne profusione nimia ob-
liniet æratum: Si Crudelis, vereris, ne in-
te tuosque sœuiat: Si Pius, ægrè fers, quia
non vlciscitur iniurias: Si Audax, pericu-
la reformidas: Si Vecors, hostibus inui-
des, qui sibi semper insultant: Si Loquax,
multiloquium esse non absque peccato
cognosces: Si Tacitus, dicis, quia nec A-
micos, nec seruitores verbis scit retine-
re: Si Vinolentus, accusas Ebrietatem: Si
Vino non vtitur, quia parum sit lætus gra-
uaris: Si Luxuriæ Cultor est, doles, quia
plurimis iniuriatur: Si Fœminas fugit, di-
cis, non esse virum: Si paucos ad se admir-
tit, displicet tibi, inter illos non esse: Si
commu-

communis est omnibus, irasceris, quod tam reliquis, quam tibi sit familiaris: Si omni ex parte bonus est, quod monstrum fuerit, cum tu sis malus, doles, quia tuis vicijs non alludit: Aut si tu quoque sis bonus, quemadmodum est difficile, dolebis Principi bono non arridere Fortunam, semperque anxius eris suo statui: Aegrotabis cum eo: quoniam non tam filio suo pater afficitur, quam bono Principi bonus seruus: Cui etsi fortuna fauerit, nunc mutationem, nunc insidias times, nec dormies vñquam, nec vigilabis in pace.

Est insuper magna virorum recreatio *Aulicis
MENTIS SECESSVS*: Cum se aliquis nihil me retrahit in solitarium locum, ac vel meditari, niderit, vel legit, vel scribit: totumque billegere se Musis præbet. Et nunc Platonem, nunc aut scri Aristotelem, nunc Tullium, nunc Virbere posse gilium, nunc alios Doctores, iam du sunt. dum mortuos, sed fama viuentes & scriptis, alloquitur. Sed hac voluptate priuati sunt Curiales, qui semper in negocio sunt, in clamoribus, in tumultibus. Si tibi nonnunquam particulam Mensæ delegeris, in qua vel legas aliquid, vel scribas; mox aliquis instabit, qui te ve- xet.

CVRIALIVM MISERIAE

xet. Et si alij cessauerint, non aberit Dispensator, qui prope te computum faciat, æraque moueat, nusquam tibi angulus patebit quietus, in quo possis cum Scipione dicere: *Nunquam minus solus, quam cum solus.* Oportet te Priscis illis sanctisque viris carere, atque inter homines vivere, quos rectius Bestias, omni virtute carentes, appellaueris.

Aula ado- Sunt qui dicunt, se filios suos idcirco
lescentes Principibus dare, vt M O R E s ediscant, fi-
corrum- antque virtute præstantes: Melius dice-
pit. rent ad intelligendam maliciam, turpitu-
dinemque descendam se filios transmis-
se. Sunt enim in Curijs viciofissimi Iuue-
nes, sermones inhonesti. Ille luxuriā com-
mendat, ille voracitatem: Nemo de vir-
tute se iactat, sed aut virginem violasse, aut
stuprasse nuptam, aut æmulum occidisse,
aut rapina se aliquid noctum gloriabitur:
quæ scelera sic adolescentes imitantur at-
que imbibunt, vt nunquam postea dimittant. Nec te putas adolescentem pudicū,
sobrium, verecundum, & bene morigera-
tum, apud Principes inuenire: Omnes hu-
ijsmodi sunt, quales magistri. Verum est
enim, quod Terentius ait: Ad peiorē plæ-
runque partem animum applicari, si quis
ad eam

ad eam rem Magistrum fortitus sit improbum. Sic Natura iubet; velocius & cito eos corrumpunt exempla mala, cum animum magnis autoribus subeunt.

Refero maximas Deo grates, qui mihi iam viro sequendi Principes animum tradidit, cum iam a parentibus virtutes aliquas sic acceperam, ut amplius amittere non possem. Quod si aliud non est, hoc saltem habeo, quia nonnullas didici litteras, quarum esse omnino ignarus, si pueriam meam Curia suscepisset.

Est enim in Curijs Principum vicio-
sum, litteras nosse, & propri loco duci-
torum in
tur disertus. Est itaque magna litterato-
rum molestia, cum se cōtemni per omnia Aula con-
tenterint, & res maximas ab ipsis dirigi, ne
dicam ego negligi, qui vix inter manus
& pedes quo habent digitos norunt. Sed
est etiam illiteratis sua turbatio, cum vi-
ros in Curiam doctos, ac Latinē loquen-
tes venisse vident, quos ipsi nequeunt in-
telligere.

Quid præterea de CONSCIENTIA tua Aula con-
dicam, quæ semper inquieta est, semper sc̄iētiam
que te mordet, cum tu te scias, multis vi- vulnerat
ciorum illecebris inquinatum. Nullum
E grauius

CVRIALIVM MISERTIAE
grauius suppliciū, vt Seneca scribit, quām
Conscientia. Hinc Iuuenal is:

Iuuenal.

Sat. 13.

— curtamen hos tu

Euafisse putas, quos diri conscientia facti
Mens habet attonitos, & surdo verbere cædit,
Occultum quatiente animo tortore flagellum?
Pœna autem vehemens, ac multo severior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit, & Rhadamanthus,
Nocte dieq; suum gestare in pectore testem.

Sed audi obsecro Ciceronem, pro Sexto Roscio, cuius hæc, si bene memini, verba sunt: Sua quenque fraus, & suus terror maximè vexat; suum quenque scelus agitat, amentiaque afficit, mala cogitationes conscientiæque animi terrent. Haec sunt Impijs assiduæ domesticæque Furij, quæ dies noctesque pœnas parentum, à consceleratissimis filijs repetant. Quaque te vertis, oblocutiones de Rege, de Consiliarijs, de te ipso fiunt, cum vel nimis subditi grauatur, vel hostes instant, dum Curia in CHOREIS est, aut in VENATIONIBVS occupata.

Nullum inter res mundanas maius munus est hominibus à Deo concessum, vt Cicero dicit, quām AMICICIA. At hoc bono, tam suavi, tam utili, tam necessario,

rio, priuati sunt Curiales. Nanque vicio-
fissimi ferè cùm sint omnes, non Amici-
cia inter eos esse, sed factio quædam, &
conspiratio potest. Inueniuntur nonnul-
li industrij ac laboriosi Curiales; at in his
adumbrata, non expressa, sunt signa vir-
tutum. Videntur quidam liberales, sed
rapinam sequuntur. Si sunt casti, ambi-
tiosos inuenies eos, atque superbos. Si
humiles, Ebrij sunt, & Nebulones. In nul-
lo virtus est aliqua, quam mille vicia non
comitentur. Arduum est, in hac homi-
num colluuie, virum amicicia dignum re-
perire. Quod si quis inuentus fuerit bo-
nus, vel Reginon placebit, vel Magnati-
bus, nec eius vti benevolentia poteris:
quia non licet in Curijs habere commer-
cium inter illos, qui non sunt accepti: Vi-
debisque nonnunquam illos, quos dili-
gis, & qui tibi sanguine sunt coniuncti, ad
supplicium rapi. Et quamuis difficile sit
tacere, cùm doleas; tamen nec conqueri
poteris, neque hiscere: Sæpeque cum illo
conuersari cogeris, qui tibi vel patrem, vel
matrem occiderit.

Si eius conditionis fueris, vt F A M V L A-
T V M possis tenere; inuenieris Seruitores
tuos Ebrios, Gulosos, Rixososque, Info-
lentes,

CVRIALIVM MISERIAE

lentes, Immemores, Negligentes, Iner-
tes, Adulteros, Homicidas. Si rursus tu
alteri famuleris, dominum auarum, Que-
rulosum, Inuidum, Temulentum, Loqua-
cem reperies.

Discurre per omnes Curiæ status; quam
contemti CONSILIARII sint, suisque
consilijs non acquiescere Principes. Quid
aiunt CANCELLARI, cùm eorum lit-
teræ ad honorem Regis & utilitatem scri-
ptæ, transire non possunt, nisi corruptæ,
& ex bono in malum mutatæ? Quid MA-
GISTRI CVRIA, & MARESCHALLI,
dum obœdientiam non inueniunt? Quid
MAGISTROCAMERAE, dum eorum com-
puta corripiuntur? Quid CAPELLANI,
dum in celebratione diuinorum officio-
rum suspenduntur? Quid MEDICI, dum
negligi sana, & nocua recipi cernunt?
Quid MILITES? Quid CVBICVLARII?
Quid TVBICINES? dum stipendia sibi
negantur? Quid COQVI, qui nihil pa-
rare sine reprehensione possunt? Nullus
est, cui non sint infinitæ molestiæ. At-
que, vt breuiter dicam; per multas tri-
bulationes intrant Iusti in gloriam DEI:
Curiales vero cum multis cruciatibus ac-
quirere sibi Gehennam student. Nihil

Nihil de Clericis & Religiosis dixerim,
 qui cum Ioseph Pallium, cum Matthæo
 Telonium, cum Iohanne Sindonem, &
 cum Samaritana cupiditatis ydriam, iussi
 sunt relinquere. Taceo & illos, qui neceſſario & inuiti sequuntur Curiam. Nam,
 ut Cicero pro Sexto Roscio dicit; Quod
 ego inuitus & necessario facio, nec diu,
 nec diligenter facere possum.

Credo iam me promissioni meæ satis-
 fecisse; quia stultos esse, me probatu-
 rum dixi, Omnes, qui aliam vitam haben-
 tes, in qua possint se honestè traducere,
 Curiarum molestias sequuntur. Quod
 cùm ita sit, relinquamus hoc P E L A G V S
 IN Q V I E T V M , nosque in aliam vitam re-
 digamus. Nanque si pacem cupimus, si
 ocium diligimus, si nobis viuere volu-
 mus, si Salutem animæ querimus; fugien-
 da sunt nobis atria Regum, & aulici tu-
 multus: in quibus nec requies, nec bona-
 rum artium exercitatio, nec virtutis amor
 aliquis regnat; sed Auaricia tantum, Libi-
 do, Crudelitas, Crapula, Inuidia, & Ambi-
 tio dominatur. Quibus vicijs qui sit de-
 ditus, nullo se poterit argumento tueri,
 quin apud viros doctos, & malus esse con-

CVRIALIVM MISERIAS
uincatur, & stultus. Vale, vir, nisi ex Cu-
rialibus vnuſ effeſ, meo iudicio pru-
dens. Ex Pruck, pridie Calend.
Febr. Anno Salutis,

1445.

NOBILI



36

NOBILI ET STRENVVO BERN^N HARDO HVTTENO, IN

Franckenbergk: Eq. Fr.

S. D.

CVM iamdudum agnati tui Vlri-
ci Hutteni Aula Dialogus deside-
raretur, me nobiles quidā & do-
cti viri amanter cohortati sunt, vt Aeneas
Syluij libello de Curialium miserijs adiun-
gerem illam, & cum studiosis diuulgando
communicarem.

Quamobrem cum hoc nomine superiori-
bus temporibus nobilem & summae speci fra-
trem tuum, Georgium Ludouicum Hutte-
num, compellarem, & certis de causis vestro
sine cōfensu me nihil huius facturum osten-
derem; propositum ille meum non modo pro-
bavit, sed uti pergerem, atque editionem
maturarem fuit hortator. Vobis enim agna-
ti vestri memoriam cum primis esse gra-
tam; & pertinere ad familiæ nominisq; ve-

E 4 stri

PRÆFATIO.

stri bonam existimationem , virtutem ib-
lius, meritaq; in patriam, immortali poste-
ritatis celebrari memoria.

Cum igitur aliquid hic præfari visum es-
set, ad te, sapientia & humanitate præstan-
tem, scribere occasione hac, & nominis Hut-
teniani studiosum animum meum declara-
re volui. Neque enim dubito, libenter hacte
pellecturum esse, tum quia agnati tui nomi-
ne famaq; delectaris, uti par est; tum quia
litteras humaniores amas, & magnificis.
Argumentum etiam hoc tibi, crebro vita
humanae vicissitudines memoria repetenti,
acceptum fore putavi.

Etenim cum in Mundo semper eadem ar-
gatur Fabula , personis tantum mutatis;
quid iucundius utiliusue esse rear, quam a-
liorum periculo impunè sapere, continuaq;
in rerum humanarum varietate casus alie-
nos sine dolore intueri. At vero cum illorum
principiæ vita, qui Reip. præsunt, variabi-
lis fortuna telis proposita sit; quantam sepe
habent ancipites horum mutationes expe-
ctationem, spem, timorem? Quoties inanes
Auli-

Aulicorum cōtentiones in medio quasi cursu corruere, & ex lēticia ad luctum subito, non sine varia animorum affectione, relabí videmus?

Quæcūm Agnatus tuus eleganter hoc in Dialogo persequatur, tibi, ceterisq; viris eruditis gratam eius fore lectionem non dubito. Neque inesse hic video, quod malam in partem accipere merito quis possit, cūm & nullius hic nominatim vitia moresue reprehendantur, & iamdudum, qui illis temporibus, cūm hæc scriberentur, magistratum gerebant, vita sint defuncti. ●

Eam autē esse vitæ Aulicæ conditionem, quam libellus hic nobis ante oculos proponit, nescio an quisquam sanus inficiari possit. Nam cūm is hominum sit captus, ut imperio prosperisq; rebus plerung; immutentur, fastidiosq; ferè & superbia efferantur; sit sape, ut illi etiam, qui commodis antea fuerunt moribus, corruptantur, & aut ambitione atq; honorum certamine adres iniustas impellantur, aut corruptela prauæ consuetudinis in peccandi illecebras, tanquam

E s in

PRÆFATIO.

*in opertos scopulos ablati, vita ac fortuna-
rum suarum faciant naufragia.*

*At quoties nulla negs sapientia negs, pru-
dentia instructos Phaethontes Aulæ sese ob-
trudere, atque ad Rem publ. gerendam nudos
planè accedere videmus. His verò, potestate
elatis, quid intolerabilius esse possit?*

*De nationis ac etatis nostræ Aulis exem-
pla (quæ & odiosa fortasse forent) sumere
nō est opus, cum exemplorum satis veterum
sit in promtu. Etenim in Aulis priscis ac re-
motioribus (in qua stuta, opinor, est repre-
hensio) quum quenque legentes historias
reperimus, qui Reip. magis, quam suis volu-
ptatibus inseruierit?*

*Ecce enim, cùm spacia præteriorum tem-
porū longius respicimus, & vel Assyriorum,
vel Aegyptiorum, vel Persarum denique
Reges, Græcorumque aut cæterorum populo-
rum in terrarum orbe Principes, horumq.
Satellites, ordine percensemus, moresq.
vitæ singulorum nobiscum in animo consi-
deramus; quanta nobis perditissimorum ibi
hominum, imo nō hominum, sed beluarum
turba*

turba ante oculos versatur? quoties immunes cernimus parricidas, adulteros, ac tetra voluptatum mancipia rem gerere; bonis Principibus, & Consiliarijs, à gubernaculis deiectis?

De populo Dei quid dicam, cùm (sacrarū litterarū testimonio) in Iuda & Israël vix decem bonos, sed paulo plures quam trigin tamalos Reges fuissent constet? Imo Ecclesiasticus, præter Davidem, Ezechiā, & Iosiam, omnes peccasse, Legem altissimi reliquisse, timorem Dei contempsisse ait.

At bonorum etiam illorū bonitas qualis fuerit, vel unius Davidis vita nos doceat. Ille enim in Aulam è caula vocatus, & honore atque imperio amplificatus, tenere moderationem haud potuit, sed tandem voluptatum illecebris interceptus, atque in adulterij turpitudinem dilapsus, dirumq; homicidij facinus aggressus, tum Ecclesia Dei, tum populos externos vehementer offendit, ac penas atroces cum sibi, tum toti regno accersuit.

Hinc filios & ministros eiusdem respicienes,

PRÆFALIO.

tes, quam Aulicorum imaginem propositam nobis cernimus? Cum sorore sua Thamar stuprum facit Amnon. Ingenuas Aulæ matronas, & tantum non matres suas, nefaria libidine contaminat Absalon; horrendam-
quæ contra parentem mouendo seditionem, ac multis tandem ciuium millibus extin-
ctis, vitam ipse suspendio finiens confoditur. Periurus Achithophel, Aulicorum haud postremus, ubi cruenta in Regem suum con-
silia non ex animi sententia succedere videt, violentas ipse sibi manus infert perfidus,
suspendioque perit.

Quapropter si Aula Dauidis etiam anti-
mum, ineunte ab ætate labore exercitum,
patientiague, & animi & corporis probe sub-
actum, usque adeo labefactauit, & delicijs
suis tam sanctum interceptit, neque ille, tan-
ta sapientia præditus, fraudes Aulicorum
vitando cauere potuit; quantopere alijs vi-
gilandum fuerit, ut eas virtutes sibi com-
parent, quibus vitam suam interCurialium
irritamenta tueri possint?

Vnusferme Iosephus, Iacobi filius, mira-
biliter

biliter in Aulam Regis Aegyptij detrusus,
vera fide & virtute præditus, moderationē
in rebus aduersis & secundis tenere potuit.
Proinde post tetros carceris squalores forti-
ter exantlatos, emersit tandem, ac non mo-
do Pharaonis sui opes auxit, totiq; regno fuit
præsidio & dignitati; sed & Ecclesiam Dei,
propinquos suos, diuturna annonæ penuria
presso, summa pietate seruauit; ac teste Ec-
clesiastico, in Principē Rectoremq; fratrum,
firmamentum gentis, stabilimentum popu-
li, euasit. Et huc sanè referre liceat Mosen,
Abdian, Danielem, Mardoch. um; qui via-
ria Maris Aulici fortuna prudenter supera-
ta, præstantiam virtutis, ingenij, dignita-
tis, in Aula consecuti sunt, ac multum Eccle-
sie Dei, Reig; publ. profuerunt.

At Esaiam etate prouectum non vene-
randi cani, non spectata pietas, non diuina
vaticinationum autoritas, à crudeli Ma-
nassis tyrannide defendere potuere. Ieremi-
as verò ab Aprye, seu Ophrea, Rege Aegy-
ptio, interfactus est. Eadem prope fortuna
vus Micheas, dum Regem Achab monet,
ne bel-

PRÆFATIO.

ne bellum temerè moueat, Gnathonum Anticorum impulsu in carcerem missus, pane tribulationis, & aqua angustiae maceratur. Iohannes Baptistæ in Aula Herodis recta dicens faciendoq; saltantis meretriculæ artificio, capite multatus est.

At Petrus, miles ille extra periculum fortis, in ipso mox Aulae vestibulo, non Regum quidem minis, sed leui ancillulæ cappellatione perterritus, abnegat, imo abiurat præsentem adhuc Christum generis humani Seruatorem.

Porro cum Imperij Romani Cæsares intuemur, innumerabilia tum misericordiarum, tum scelerum undique comparent vestigia. Etsi enim nonnulli Romanorum Imperatorum iusticia, prudentia, moderatione, pietate, clementia, mansuetudine, præstiterunt, (quales fuere Iulius Cæsar, Octavius Augustus, Nerua, Traianus, Adrianus, Antonius Pius, M. Antonius Philosophus, Constantinus Magnus, Theodosius : Item Magnus ille Imperij Romani instaurator Carolus : Et quos antiqua Regum patria Brunsū-

Brunsuiga dedit Henrici, Othones, Lotharius, ac nonnulli alij.) tamen & illi ipsi fuerunt in miseria, cum quod mali esse nollent, in occulto saepe Aulicorum inciderint insidias. Ita nimis Iulius Cæsar, tot populum domitor, primusq; Imperij Romani conditor, viginti tribus vulneribus in Curia confosus interiit. Quam Aulae acerbitatem complures deinceps Imperatores experti sunt.

Deis autem, qui nulla virtute, nulla humanitate praediti ad Imperij gubernacula sederunt, verba nunc faceremini foret prolixum. Qualia enim fuere portenta Tiberius, Caius Caligula, Claudius, Domitius Nero, Et exiguo intervallo hisce proximi Antoninus Bassianus Caracalla, Varius Heliogabalus, Julianus Apostata, Phocas: & monstrum istud denique Bohemorum VVenceslaus, quem forma Thersites, ingenio Neronem, inter caenandum etiam confixisse multos, ac per lusum sepe iugulasse ministros suos Chronicana narrant.

Cum igitur ea reuera sit Aulica vita conditio,

PRÆFATIO.

ditio, quam agnatus tuus Ulricus Huttenus sapienter hic & eleganter descripsit, & calumniator sit necesse est, qui hunc librum reprehendat, & per quam stultus, qui eo pelleto, ad Aulam sese tamen conferat, antequam probe sese ipse noscat, compertumue habeat, an eo sit animo, ut quicquid eueniat, moderatè ferre sciatur.

Evidē hoc loco reticere nequeo, moderationē amici olim tui VALENTINI FVX, à Dornheim, in VViffenheith, Eq. Fr. qui cum propter rerum usum, prudentiam, virtutem, tribus Imperatoribus, Carolo V. Ferdinandō, & Maximiliano II. (ut ex aliquot clementissime scriptis ad eum Epistolis constat.) carus, & non nullis Germania & Principibus admirationi esset, atque ideo splendidae illi sape conditiones in Aulis offerrentur; tamen, cum Iuuenis Curialium miseras degustasset, ut etate prouectus Aule sese totum redderet, adduci non potuit. De quo forte cum anno superiori, cum prudēte longogz usu edocto Aulico Valentino Truchsess ab Hennenbergk, sermonem conferrem, multa

multa facnde ille de Curialium miserijs dis-
serebat, subinde Seneca illa; Iniurias acci-
pere, gratias saepe agere; inculcans, copio-
se illud suum demonstrans,

Si curiam curas, pariet tibi Curia curas.
Quam cantilenam canere saepe memini &
Aulae Herbipolensis Praetorem Fridericum
Adelbertum ab Hessenburgk; & parem huic
generis nobilitate ac virtute Iohannem à
Creilßheim, &c.

Sed hæc, ut alieniora verbosius hoc loco
persequi necessenon est. Reprehendant sanc-
doctissimorum illa viroru opuscula qui vo-
lent; nobis sufficiat placere paucis, & bono-
rum obsequi studijs ac voluntati. Neque fo-
respero, ut bonis ea nunc placitura non sint,
quaetenebris antea situque oppressa, eruditii
nobilesq; viri toties requirebant. Ut enim al-
lios nuncomittam, Andreas Voit à Rineck,
Eq. Fr. in quadam ad me rescripta Epistola,
Aulā, inquit, Hutteni, ut mihi eius cognos-
cēdæ copia data est, magna animi volupta-
te perlegi. Etenim & argumenti nouitate,
& facundia sermonis, & operis artificiosa

F omo-

P R A E F A T I O N

oīnōvōūā, perquā festiuus mihi visus est ille dialogus, quiq; egregiam ingenij Hüttenia-
ni vim, & differendi facultatem excellen-
tem haud obscure redoleat: dignumq; arbi-
tror, qui inter eruditos lusus cum primis ha-
beri, & ab interitu vindicari debeat. Cupe-
rem enim permultos de Francica nobilitate
huius viri vestigij insistere, virtute, erudi-
tione, & industria immortale nomen ac de-
cus parare.

Tu vero, nobilissime vir, dextre hæc om-
nia accipies, & pietatis humanitatisq; stu-
dia, more gētis tuae, strenue defendes, & me,
quoniam litteras amas, diliges. Vale. Data
Basilæ Rauracorum, Anno M. D. LXXV.

Henricus Petrus
Herdesianus.

N O B I.

NOBILITATE
GENERIS, ET VIR-
TVTE IMPRIMIS CLARO,
Georgio Ludouico Hutteno,
Equiti Franc.

S.P.D.

Henricus Petreus Herdesianus.

Forte ego ut Ausonia vidite nuper in vrbe,
 Adria quam tumido pulsat aperta freto,
 Conuictusq; Huttene, aliquo tibi iunctus ab ysu,
 Perspexi dotes, munera rara, tuas;
 Ex illo nomenq; tuum, linguaeq; disertæ
 Verba, mihi toto corde recepta, colo.
 Ante per Italidas Ioachimi sparserat vrbes
 Musa, tuas laudes ingenijq; decus.
 Nemo erat & patrijs fama celebratior oris;
 Nominis ampla tui Francia plena fuit.
 Illa sed ingenij praconia debita summi,
 Re tamen & studijs ipse minor a facis.
 Ergo tuæ generosa domus ut stemmata laudo,
 Sic animi dotes nobilioris amo.
 Nil cum Pieridum mihi contentore superbo,
 Cui rude, & ingenij pectus inane riget:
 Qui temere sursumq; trahit, miscetq; deorsum
 Omnia, res bello si qua gerenda venit:

F 2 Qui,

*Qui, quoties ratione opus, aut interprete lingua,
Remq; decet verbis consilioq; geri,
Non asino plus mentis habet, licet omnia verbis
Compleat, & tumido fortius ore rudit.
Sæpe quidem solis armis, ferroq; tremendo
Teutones egregium promeruere decus.
Cunetaq; principio subigebant, siue gerenda
Bella forent Terris aspera, siue Mari.
Sub niue durabant alacres, rapidoq; sub astu,
Nec graue ferre gelu, nec graue ferre notos.
Itala cædebant collatis agmina signis,
Arma sera soliti sumere aperta manu.
Sed tamen alma fides aberat, nec certa colebant
Numina, constaret cum tamen esse Deum.
Saxones armis erum Martem coluere, Totemq;
Et Venus, & magno Luna in honore fuit.
Atq; alios alijs plures timuere Tonantes,
Crodog; mentito numine magnus erat.
Omnia Mars potuit, ferrumq; potentius aquo,
Victorq; pugnaci Iura fuere manu.
Ait ubi Germanis cessit victoribus artes
Roma, triumphato cessit & Imperio.
Barbari tunc animi feritas mollita per artes,
Siuit honoratis legibus esse locum.
Cœpit & insanis Ius esse potentius armis,
Et placuit pure sacra fidemq; coli.
Magna Deo natog; Deireuerentia Christo,
Magnus honor Musis ingenioq; fuit.*

Et me

Et memor Imperij nervos consistere in illis,
 Grandia mox statuit gens pia templa Deo;
 Doctrinæq; rudes animos compescere frenis,
 Tempus & in studijs ponere cura fuit.
 Testis es, ingenio bellis & magne togæq;
 Carole, Teutonici conditor Imperij.
 Crescere vidisses vrbes, maioræq; condi
 Mœnia, præruptis surgere castra iugis.
 Magnaq; tunc studijs, maior Germania bello,
 Maxima celesti religione fuit.
 Horruit Almanos occasus, & horruit ortus,
 Ac timuit nostras ultimus orbis opes.
 Felices, si Pieridas legesq; tueri,
 Et proferre datas cura fuisset opes.
 Sed cum nulla tibi victrix Germania Belli,
 Iusta triumphandi nec tibi causa fuit.
 Pax erat, ausa fuit tandem vinclior etas
 Maiorum partis sanguine rebus ali.
 Commoda luxurie sic instrumenta relictas
 Impia posteritas esse putabat opes.
 Et cecinit tuba tum pompis, non terruit hostes,
 Et præ Marte tibi gloria Bachæ fuit.
 Ac Monachi genus & studijs & inutile bello,
 Nec sacra Pieridum, nec coluere Dei.
 Sacrificum vero impatiens Martisq; Deiq;
 Cætera curauit turba Lyceæ nihil.
 Ad doctos gens pigra libros, ad pocula velox,
 Nec leue tunc Musis Imperioq; malum.

Blanda Venus pro Marte fero, pro Pallade Bachus,
Pro calamo in precio tortilis ansa fuit.
Hinc pietas & prisca fides abiēre, nec arma,
Nec libuit purè tradita sacra coli.
Nec sacra, nec rerum causas nouère, nec vllus
Seu purè potuit viuere, siue loqui.
Infelix igitur cum nos signauia luxu
Perderet, ac patrias attenuaret opes,
Nec iam seua pati nostras vicinia leges.
Nec solito vellet subdere colla iugo:
Iamq; Itali nos vrgarent, Sclauiq; Getaq;,
Vastaretq; rudes impiger Hunnus agros,
Iamq; tot in patria victor calcaret aceruos,
Totq; daret flammis oppida, membra neci:
Martia tunc ferum nos signa coëgit egestas,
Armaq; degeneres puluerulent a sequi.
Tunc iterum latices Aganippidos Hippocrenes,
Et iuga Parnasi visere dulce fuit.
Et sanata feris iterum Germania bellis,
Se, toties armis pressa, leuauit humo.
Martis & vt fieret studiofa nouemq; sororum,
Hostibus in medijs sape coacta fuit.
Prima truci docuit miscere tonitrua bello,
Horrendisq; viros sternere fulminibus.
Scribere prima typis, librosq; parare premendo
Repperit, ingenuæ calliditat is opus.
Non hoc vtilius quicquam dedit vlla priorum
Aetas, vtilius postmodo nulla dabit.

Hinc

Hinc bona Romana rediit facundia lingua,
 Germanisq; vigor pristinus ingenijs.
 Eloquioq; graui par & prudentia, parq;
 Militiae virtus iuncta fidesq; fuit.
 Utq; manu docta peraguntur bella Minerua,
 Aonioq; simul presidet ipsa choro,
 Sic quoq; bellatrix Germania ritè vacabat
 Artibus, & culto pectore militiae.
 Testis ades clarum Phœbo Martiq; tuisq;
 Maxime Germanis Aemyliano decus.
 Nam melior te Rege scholis doctrina doceri,
 Cœptaq; Rellgio purius alma coli.
 Teq; nouis constat generose, tuosq; Nepotes,
 Victorem terris imposuisse pedem.
 Gens Hebræa suos igitur, Graciq; libellos,
 Atq; suos nobis Roma diserta dedit.
 Ac nitor eloquij tenebrarum dispulit atra
 Nubila, barbarie concipiente fugam.
 Ardua nobilium Luthere volumina vatum
 Pandis, & arcanis condita sacra libris.
 Sed Græcas Ioachime doces, artesq; Latinas,
 Et tu Musarum dulce Philippe decus.
 Doctrinæq; pari studio melioris Erasme
 Artibus ingenuis tempora multa dabas.
 At decus Huttenus doctarum grande sororum,
 Arte fuit nullis, eloquioue minor.
 Nobilis ut fuerit, generisq; propagine clarus,
 Nobilior studijs ingenioq; fuit.

Ciuibus ille suis, Patriæ florentis amore,
Auxilium calamis saepe manug̃ tuit.
Ille erat Oratorq; tonans, idemq; Poëta
Cui daret Aoniam Calliope a chelyn.
Carmine Medoacum tenuit, Tybrimq; Padumq;
Et Rheni tumidas nobilioris aquas.
Nec pius in somnos, fœde nec in ocia vita,
Certa sed in patriæ commoda natus erat.
Oderat ignauos tantum qui nomine, non re,
Sunt homines, titulis turba superba suis.
Nec solum virtute sua sua secula inuit;
Cura pio maior posteritatis erat.
Hinc tot virtutis veræ monimenta reliquit,
De sancta q; pios relligione libros.
Hinc toties vtijs indicit amabile bellum,
Nosq; salutifera de pietate docet.
Hinc docet incautos ambages Aulicus Aula,
Hanc & luctificum differit esse Mare.
Perge igitur Luduice, tuæ spes optima gentis,
Et decus Huttene præsidiumq; domus,
In quo magnanimi facundia docta reuixit
Ulrici, ac patriæ pene ruentis amor,
Perge age, & acer opem rebus communibus affer,
Et bona more tuæ publica gentis ama.
Sic æternatuis referetur gratia factis,
Nominis & laus est magna futura tui.

AVL

AVLA

VLRICHI HVT-
TENI. EQVITIS
GERMANI;

Ad

Henrichum Stromerum Auer-
bachum, Medicum.

NAE tu rē mihi periculosam suafisti Stromer, de vita Aulica ut scriberem, hoc potissimum tempore, quo tot agentibus hic Principibus, tanta est Aulicorum frequētia. Quasi vlo modo tutum sit, has spinas contredare, aut consultum eos irritare, quibus etiam si blandus sis, non admodum placeras. Et dic mihi amicissime hominum, quid te inuit, in hoc discrimen abducere amicum? nec in mentem venit, cui me furor obijcias, contra quam rabiem exci-
 cum cates, præsertim aulicum & ipsum nuper factum? vt in aula iubeas me Aulam offendere, & quod dici solet, ἐν φρεατικούσι μάχης. *In putoeum* *Chil. 1.* *Eras. Pro.*

F 5 . Quid Cent. 10.

HVLRICI HVT TENI

Quid restat aliud igitur , nisi vt me ob-
istas nugas , non in nostra quidem Aula,
in qua tutę ac tranquilla sunt omnia ; Ve-
rum vbiubi negocium incesserit , vt apud
hos rerum Dominos agendum sit; ex sti-
patoribus vnus cubito protrudat , aut in-
flicta calce , præcipitem ejiciat ; deinde fi-
ducia plenus , facti rationem reddat , ac
causam tueatur ; quam mihi impugnare
non vsq; quaque oportunum sit : demum
ad Palinodiam quoque adigat , quam nisi
mox promisero , dentes amisero ?

Nisi tu contra Aplicam vesaniam habes
medicamentum , aut iam parasti hellebo-
rum , quo furentes illos inebries . Quod si
est , quæso in tempore consilium cape , vt
venienti malo occurras ,

Sed vereor , ne in medicina non tantus
sis , vt hominum affectibus mederi scias .
Et iam mihi caput , mihi os , mihi male tre-
pidant : Ac aliquem videre videor , ex Gi-
gantibus Regijs , pugnum sex librarum
stringere , quem iamiam in buccam mihi
impingat . Quod vbi fiet , tum vereor , ne
tu in sinum interim rideas , & pro ludo
ducas , mihi alapas infligi , os obuerberari ,
dentes excuti . Et fortasse mortis causa si
mihi fueris , non magnifacies ; quod Cle-
ricus

ricus non sim; vt illo te sagittent Canone *Clericū*
 Ecclesiastic. Patres: Si *QVIS SVADENTE* *non esse*
DIABOLO, &c.

Verum heus tu, hominem esse memi-
 neris; idque satis existima, quod tibi ira-
 tum Deum reddat; quandoquidem sic il-
 le dicit: *Quod feceritis vni ex minimis* *causa. 17.*
meis, mihi feceritis. Vin Deum igitur pro- *quaest. 4.*
dere; cum hoc facias, si me aulicis simijs
discerpendum tradis?

Quæso rem intuere, ac considera, quam
 non deceat, sero sapientem te illud, non
 Putabam futurum hoc, prætexere. Credis
 enim, non vehementer quosdam succen-
 fere mihi, ob hoc nugamentum? aut eam
 esse in Aula moderationem, vt qui sic com-
 moti sint, contineant se?

Præterea memento aliquos esse, quibus
 iam ante auersa fuit à studijs mens: hi exi-
 lent, ac arma, & equos poscent, his fermè
 verbis: *Hoc ille feret impune Scriba?* No-
 sti enim, quantum litteratis detractū pu-
 tent, quando Scribas vocant, nobis con-
 tumeliam minime agnoscētibus. *Qui vt*
stultus sit metus, vulgatum hoc tamen est;
Occasione tantummodo opus improbi-
tati.

Sed iocatum satis est. Per miras, Stro-
 mer,

HVLRICI HVTTE NI

mer, difficultates, vt tibi obsequerer, eundum fuit: Primum Canicularibus, infesto studijs tépore, ingenium cum exerceam: Deinde in hoc Germanæ nobilitatis conuentu; in quo ita turbis referta sunt omnia, vt nemo satis meminisse, quid suum sit, queat: In quo nulla quies, nullum silentium, nulla tranquillitas, ingentes tota yrbe motus, vociferationes, tumultus, equitationes, strepitus, clangores, equorum hinnitus, plaustrorū stridores, bombardarum tonitrua, tubæ, concentus, salutationes, ac plausus. Quæ me cùm circumstent, & paucis diebus absolui negotium postulent, ac nihil interim celare obeundiſ in Aula officijs liceat, aliquid arbitraris in hoc Dialogo futurum, quod his placeat, quibus vt placeamus, studere debemus?

Ede tamen, inquis, vt te hic esse homines cognoscant. Erras, bone Stromer. Neque enim tanti est, in hominum oculis ac auribus versari me, vt ob id inconsideratus aliquid, & cui nō prius limam admodum, in lucem edam.

Placuit, ais, Peutinger, viro vt grauissimo, ita egregie docto, & naris emunctæ; Et Iacobo Spiegel, Regio Secretario, rara homini

homini doctrinæ, & iudicij singularis; ac Stabio placuit, festiui admodum ingenij, & minime fucatae eruditioñis viro. Ut dicam quod sentio, commouisti me his Autoribus. Quanquam verendum, ne per amicicię studium, ex fauore potius laudent hi, quam ex iudicio probent.

Verumtamen perueristi tu, atque ecce tibi Aulam in aula; sed in ea aula, in qua ista facere licet, & quæ, nisi talis esset, nos non caperet. Sic enim iudico, Stromer, simpliciores esse nos, quam Aulicorum consuetudini aptum sit. Itaque gratulandum interim nobis inuicem, quos ibi exercet Fortuna, vbi non magno pere nostri nos status piget; sub illo scilicet, omnium, quos hęc natio habet Principes, benignissimo, humanissimoq; Alberto Cardinali & Archiepiscopo, qui cum maximo virtutum omnium teneatur studio, & singularis probitati amicus sit, imprimis tamen bonarum litterarum studia, eorumq; assertores, reuerenter suscipit, ac liberaliter fōuet.

Quis enim nunc rectè per Germaniam eruditus est, quem ille nō nōrit? Aut à quo tali vnquam salutatus est, quem non largo munificentie suę imbre consperserit? Atq; vt so-

HVL RICI HVT TENI

vt sollicitus nuper fuit, ne quid se indignū pateretur bonus Capnion? Vt cupide litteris ad se vocauit E R A S M U M ? Cuius etiam nomini solet honorificā semper præfationē adiungere: & à nobis crebro percontatur, ex docte doctis, quid quisque faciat, quid patiatur.

Quæ cùm ita sint, & omnino liberior sit nobis Aula, quam in qua libere aliquid iocari periculum sit, Ecce tibi Dialogum, quem iubeo S P E C V L I vice propositum esse Aulicis illis, in quo se intueantur. Quanquam Inuidiam deprecor, lusum est enim, ioco scriptum est, ne quis temere in nugis mouatur. Tum veniam meretur Misaulus, tædio aulicæ consuetudinis impatientius forte, quam pro tempore inuetus: Id quod pro me illis inculca, & iam colloquentem cum Misaulo Castum audi.

C A S T U S.

Q Vam nō est hoc falsum, Misaul, quod aiunt, Vestis virum facit. Nam tu mihi sic vestitus, sic cultus, valde places.

M I S A V L U S.

At mihi contra non placeo, ac ad illos olim pannos respicio.

Cast.

Cast. Quid ais? ab his mundicijs, ad il-
las fordes?

Mis. A seruitute ad libertatem, Castes:
Quem quidem pannis obsitum esse vilis-
simis oportuit, ut liber essem.

Cast. Non es tu liber igitur?

Mis. Quia enim seruio, atque ut intel-
ligas rem plane, ut est, hoc sericum vltro
accersitam molliciem, & vitam viris indi-
gnam, arguit. Hæc, qua collū obuinctum
gero, aurea cathena, mirè indicium est ca-
ptiuitatis. Tum vbi me Consultorem fa-
lutari animaduertis, seruitutis Symbolum
accipe.

Cast. Quo me ducis? quæ absurdæ re- *Aulicæ*
fers? Serui sunt, Captiui sunt, qui in Prin- *Serui,*
cipum Aulis versantur? *Captiui,*

Mis. Et miserum in modum. Deinde
Exules quoque. Nam quod vides, molli- *Exules,*
ter vestiri nos, quid aliud sibi vult, quam à
veris vitæ officijs longè exulare? Atque ita
me dij ament, ut meam cōditionem quo-
ties repeto, neque liber esse mihi, neque
vir, sed expessimo captiuorum genere vi-
deor. Atque vtinam maliussem cum Dio-
gene olera lauare, quam Regias cum Ari-
stippo epulas sectari.

Cast. Valde præter opinionem ista nar-
ras.

HVLRICI HVTTENI

ras. Proinde si tibi videtur, rem clarius exponere, ut edoceas eam vitam, in qua te ego fortunatum existimabam, tantopere calamitosam esse.

Mis. Facile est hoc intelligere Caste. Vides enim, ut breue vix tempus colloqui nunc tecum liceat, amico vetere, & aliquot iam post annos tandem reuiso: Sic illa cogit, temere abs te felix putata, conditio. Nam ad septimā statim horam, standum ad Principis conclave: quem sic operiri, ceremonia est.

Cast. Et quamdiu standum?

Mis. Aliquot saepe horas.

Cast. Quem in usum?

Mis. Officij causa, dum aliquid ille iubeat, aut ne quo incomitatio rexeat. Adeo mea omnia extra me sunt: Ipse ab alterius iussu ac Imperio totus pendeo.

Cast. Quid? illud pulcrum non est, sic vestiri? Summo cum homine consuetudinem habere? His immunitatibus frui? hec contrectare? huc ingredi?

Mis. Quid? Illud deformē non est, ad subitum tintinnabuli pulsum, quasi fulmine territum, sic exilire? Abie&tis omnibus ad summi illius fores consistere? ibique non tantū quid ille iubeat, sed & quid nutu

nutu significet, aut digito crepet, religiose, & ad anxietatem usque obseruare? Nullum habere sibi tempus, nullum locum proprium? omnia precario? aliena viuere quadra? ad omnem Principis occursum pallere? erubescere? fugitare? Nonnunquam timere, ac obstupescere? tum multa simulare ac dissimulare? Toties genua inflectere? tatis per nudo esse vertice? omnia seruiliter, omnia suppliciter agere? Nunquam tui iuris esse? Magnis diu laboribus, multis vigilijs, fauorem hominis captare? obseruare, ne quid dicas, quod ille probaturus non sit, nedum nequid facias? perpetua cum paribus inuidia cōfictari? laudem pariter ac vituperationem indigno loco ponere? Nihil dicere quod sentias, sed quod conueniat? Plurima debere, plurima accepta referre? assentari? adulari? ipsum te negligere? omnia alterius curæ mancipata habere? indigna multa facere, multa pati? saepe contra naturam confarmare te alijs?

Cast. Mare malorum commemoras.

Mis. Recte ais MARE: Et si libet, adde MARE
Tyrium Mare, quod impetu rapit, vi detinet, fluctu iactat, infidum, surdum, & instabile, repente turbatum, subito concita-

G tum,

HVLRIEI HVTTENT

tum, inconstans, inquietum, nusquam
non procellis obnoxium, ventis exposi-
tum, tēpestate furens, motu æstuans, ple-
num periculis, plenum exitio, impellens,
ac inundans: Omni monstrorum genere,
omnibus refertum portentis. Ad quod
per nauigandum, cùm me dulces quædarū
Syrenes illexissent, paulo post sentire cœ-
pi, cuiusmodi malis fortuna inuoluisset,
quantam mihi ad miseras meus error fe-
nestram aperuisset. Ac lugens cum Home-
rico sapiente dico, οὐα με ὁ δαίμονα τέρατη
δειγέτε.

Cast. Mirum, si tam fugienda res est Au-
la; cùm te Philosophum reddiderit; ita
ut gratiam habere debeas huic vita, qua
te sic excoluit.

Mis. Nescis quanti hoc constiterit phi-
losophari.

Cast. Quasi verò quisquam citra labo-
rem Philosophiam didicerit, aut dura nō
sint, quæ ego facio; Vigilare, Esurire, Siti-
re, Algere, Aestuare, peregrinari, terra ac
mari studiorum gratia multa pati, frauda-
re se voluptatibus, accersere dura omnia
& iniucunda, pulices pati, à Cimicibus
commorderi.

Mis. Sunt ista quidem, ut narras, acer-
bae

ba; sed quæ tu, quatenus vis, minimeque
coactus, fers. Tum eadem omnia affert
Aula, & quædam præterea multo his du-
riora, nisi tu modica ista tanti facis, vt in
pulicis morsu τῷ ἀλεξίνακοι Herculem
innoces.

Cast. Omnes igitur ab Aula trahis, &
desertas Principum domus reddis? vel
Miseros omnes putas, qui illis conui-
uunt?

Mif. Nihil istorum Caste. Verum sani-
tatem illis precor Mundi Dominis, vt sit
instituendæ Aulæ consilium. Deinde sic
aio, valde Prudentem esse oportere, ma-
gis etiam quam illum Homericum Vlys-
sem, qui cautè hanc consuetudinem tra-
et.

Cast. Ut intelligo, aut planè desipiunt
Reges, ac Principes, aut nulli boni sunt
Aulici.

Mif. Neque hoc neque illud. Nam & sa- *Quidam*
piunt aliqui Principes, rari illi quidem, sed & Prin-
tamen aliqui, & ex Aulicis quidam Vlys-cipes &
sem imitantur, qui in turbulentō hoc Ma- *Aulici bo-*
ri nauigantes, cera obthuratis auribus, ni atque
infidiosæ Syrenum cantionis capaces nō pruden-
sunt, & consilium habent præternauigan-tes.
dæ Scyllæ, vitandæ Charybdis, & in Syrtes

HVLRICI HVTTE NI

non impingunt. Tum quantum in se est,
clausos in utre ventos continent, quo mi-
nus sit perturbationibus locus.

Cast. Et non recte fit hoc, quod isti sua-
dent, vt nos temporis conformemus, &
Scenæ, vt aiunt, seruiamus?

Mis. Cum decoro, recte, si possis. Quan-
tum dedecet enim ἀλωπεκίζειρ τρόπος ετέ-
γερη ἀλωπεκα, quod Aula imprimis exigit?
Porro difficile est, Ibi continere te, vnde
omnis exulat continentia; & Inuidiosum
est, cum lupis si fueris, simul non vulare:
Mihi que videtur, paucissimis datum esse,
Chlamidem simul ac Pallium ferre.

Cast. At preclarum mihi videtur; MUL-
TOS HABERE AMICOS: id quod vobis
proclive est.

Mis. Neque proclive, ob peruersa Au-
læ studia; neque, si id assequi possis, uno
plus amico recte utaris, vel Hesiodo per-
suadente, cuius est illud, μηδὲ πολύξενον,
μηδὲ ἄξενον παλέεσθαι. Et quemadmodū
Aristoteles sentit, omnem penitus Amici-
ciam excludere, nec ullius consuetudinem
admittere, ferinum esse, & iniucundum;
Ita ego puto, Multos habere amicos, ho-
minis esse, nullius rei delectum habentis,
nihil prudenter statuentis, nihil constan-
ter

ter facientis. Nisi Amicos vocas, qui vi- *Amici &*
 cies die salutant, & dum te sibi vicissim *conuicto-*
 assentari volunt, genibus inclinant, nudo *res seu*
 capite occurfant, à tertio usq; iugere dex- *palpones*
 tram porrigunt. Et quidam sesquiulnari- *Aulici.*
 bus aduolutus tibijs, continuo thus illud
Aulicum aspergit, magnifica promissa, inge-
entes pollicitationes. Dicas planè diui-
nitus oblatum tibi, à quo sic ameris. Cùm
ille interim huiuscemodi inescatum te il-
lecebris, totum ad se traducit, tuaque ani-
maduersa simplicitate, crebro ista into-
nat; Heus age tuus sum, mea omnia com-
mitto tibi. Quid ni? Amicorum omnia
communia; Vtere me vt vole: voles au-
tem in mortem usque, & confestim voles.
Quas ubi bullatas nugas olfeceris, nihil
prius tale expertus, incunctanter credis,
ac forte secretū aliquod committis, quo
ille arrepto, & certior factus, qua tibi par-
te plurimū obesse possit, quod apud Co-
micum est, alterā manu panem ostentat,
alterā fert lapidem: Verbis amicus est, co-
gitatione insidias struit; palam beneuo-
lentiam, occulte periculum intentat. Qui
vbi semel edoctus fuerit, quo te consilio
subuertere liceat, nunquam finit emerge-
re, omnem præripit fauorem, & si quid ti-
 G 3 bi bo-

HVLRICI HVTTENI

bibi boni destinatum est, callide occupat.
Quod si neglectum te queraris, & officium requiras, aut in disceptationem voces rem ipsam, tum se tibi opponit manifeste iam, atque eo liberius, quod videri vult, aliquando Amicus fuisse tibi, possit & exprobrare illa promissa, illas bullas. Si ignoras enim, Promittere etiam beneficium est in Aula.

Cast. Et aliquos inuenire licet, ni fallor, bonos.

Mis. Et ea, Caste, rara ausis est, quam tu vñquam sequi velles tanto periculo?

Cast. Nondum constitui, quanquā certum est Aut am experiri mihi.

Mis. Ac tanto derelicto bono, in tantum te vltro præcipitare malum?

Cast. Imo ex bono in bonum traducere, non minus recte, quam qui ex bono Citharœdo, bonus fit Poëta Tragicus.

Mis. Bene Tragicus.

Cast. Et ne quid præter rationem pro Academi ponere me arbitreris, sic accipe: Omnes ci quod qui IN VMBRA PHILOSOPHAMVR, nec sciunt ne- aliquando ad res gerendas accedimus, sciunt. quod scimus nescimus. Nam vt in tranquillo nauim quilibet facile gubernat, ita in isto ocio, vnamquamque rem strenue lauda-

laudamus, vel vituperamus, aut utrumque
 facimus; & consilia damus, ac de rebus
 maximis acutissime interdum disputa-
 mus, verbis abunde instructi, re penitus
 inutiles, & ad omne opus, nisi exercea-
 mur prius, inepti. Iam ego enim, quem in
 usum toties caput scabo? Vngues rodo?
 Qui si hodie rerum administrationi ad-
 mouear, omnia imperite egero, in consi-
 lijs absurdia, & nihil ad rem suasero, ut iure
 exclamaturus sit aliquis; Boue ciues le-
 porem venamur. Id quod illis quoq; con-
 tingere videmus, qui multos postquam
 annos in libris versati, multa ac varia bel-
 lorum genera legerunt, aliquo etiam scri-
 pserunt, opus aggressi, nihilo peritius rem
 militarem tractant. Adeò perite aliquid
 facere, aliud est, quam diserte dicere. At
 semper legere, semper meditari, aut scri-
 bere etiam, vel differere, si nihil agas præ-
 terea, quæ tandem vita est? Mihi enim vi-
 uere non videtur, qui, quod nostri aiunt,
 sibi viuit. Adde hoc, quod hi, qui in stu-
 dijs litterarum diutius versantur, nō tan-
 tum interim, non experiuntur res ipsas, Academi-
 verum etiam fiunt plerunque obeundis *ci obeun-*
negocijs inepti, vnde suis vt plurimum *dis nega-*
moribus viuunt, ab aliorum conuictu ab-*cys in-*

HVLRICI HVTTENI

horrentes. Quos spectare licet, si quando
hominū frequentię admoti fuerint, quam
sint in omnibus difficiles, quamque mo-
rosi, & communi plane sensu carentes.
Audent tamen interim nulli non sua ex-
probrare vicia, ac Reges incessunt, vt stu-
pidos, è medio tollunt militiam, omnem
rei familiaris curam, vt superuacuam, da-
mnant, in diem viuendum docentes, diui-
tias risu, voluptatem conuicijs inseſtan-
tur. Rident forā, rident leges, non nau-
gare, nō equitare per illos licet, puto non
cacare etiam, & quæ maxima pestis est,
coniugia quoque, vt rem friuolam dete-
ſtantur, & humani generis propagationi
operam dandam nō putant, vellent Mun-
dum desertum reddere, vt neque ipſi ef-
ſent. Quid enim ista ſibi volunt; optimum
non naſci, proximum, cito natum abole-
ri? Aut quid non absurdum hi, qui vocan-
tur MONACHI, aliquando declamant?
Hortantur ad ſolitudinē, trahunt ſub Re-
gulam, cilicium oſtendunt, vitam cœli-
bem ſolam cœlo dignam prædicant, rerum
uſum damnant, Mundum iugulant, quic-
quid extra cucullum eſt, Satanę addicunt,
ipſi nihil experti, nulla neque bona, neque
mala fortuna exerciti. Atque hæc illis in-
gerunt

gerunt Cellæ ac solitudo, vt quicquid ex culicis morsu indignationis conceperint, in Mores, in Tempora, euomant; In Principes, in diuites, ac quodlibet diuersum vitæ genus iaculéatur, ac illa ab Inferis terriculamenta hominum auribus atque oculis obuersari faciant, ita depingentes, ac si viderint. Quos qui audiunt, aliqui mori destinant, alij in cellam sese abstrudunt: Nonnulli, derelictis coniuge ac liberis, ad solitudinem procurrunt. Quod dā ita piget viuere, vt Patri ac Matri, quod se genuerint, irascantur. Quæ cum video, & quam non deceat hominem nihil agere considero, ac quæ ipsum me circumstant intueor, cùm iam tempus sit, vt viuere incipiam, non deserendi quidem studia consilium capio, sed emergédi ex his fordibus viam prospicio. Atque hæc prolixius attuli, quoniam mihi persuasum putares, tantū bonum esse, sic ociari. Tu cœptum de Aula sermonem prosequere.

Mis. Nihil istos moror, amice, qui terrarum orbi molesti sunt THEOLOGISTAS, ac difficiles illos, & superciliosos disputationes ipse non probō, nec te in Cellam relego, & agendum omnino aliquid puto. Sed Aulam nego esse idoneam, qua emer-

G 5 gere

HVLRICI HVTTENI

gere potissimum cogites. Quod si obstinatissime vnum hoc vitæ genus tibi proponis, atque tibi actæ ætatis fructum quæris, tum te dico è nassa cibum petere.

Cast. At multi euehuntur apud Princes, & ad honores cito ac dignitates transcendunt.

Mis. At multi consenescunt ibi Pauperes, nec vsquam transcedunt, aut vñquam speratum vitæ portum attingunt. *Opes ac potentia Aulica.* Quidam etiam maximas sëpe ad opes ac potentiam elati, quando illis visum fuerit, deiiciuntur rursum ac spoliantur. Vide enim, quam acute hæc intellexerit sapiens ille, qui sic exaltatos, *calculis Arithmeticis* comparabat: Nam vt illi aliquando minorem, aliquando maiorem numerum referunt; Ita hos aliquando fortunatos, aliquando calamitosos, rursumque aliquando illustres, aliquando obscuros, vt Regibus libitum sit, haberi.

Cast. Licet sperare.

Mis. Et falli licet. Tum illud nunquam memoria tibi excidat, quod ille ait, & Rex & Vates; Nolite considere in Principibus. *Dulcis Scholari* si me audis, non tanto spem istam precio emes, nec ad hunc scopum vitæ arcum inquies. tendes, aut dulcem SCHOLÆ quietem, commu-

commutabis cum his turbis, quæ me annos iam plus viginti, sine fructu exercent, dum teror ac conteror, dum fudo ac algæo, dum valetudinem corrumpo, durapatior, grata refugio, dum magnis laboribus ac vigilijs conor, dum omnē aleam iacio, neque aliud tamen assequor, præter vnum hoc, quod tibi tantis malis parandum videtur, ut quemadmodum Phryges, Sero sapiam, ut in arenam edificasse nie, ac ventos coluisse videam, & illud tandem intelligam, quam non bene vitam instuerim. At te dulces interim Musæ, omnis plausus securum, ab omni tumultu liberum, veraque & honesta voluptas detinet.

Cast. Egentem saepe multis.

Mif. Contemnentem etiam multa.

Cast. At nunc quærendæ facultates, deinde ad virtutis studia redeundum, si unquam liceat.

Mif. Recte si liceat: Nam vt parari que- *Difficul-*
ant hæ, quas petis, facultates, aut laboré *tas vitæ*
non feres tu, aut indigna multa non susti- *Aulicæ.*
nebis; deinde vereor, ne bonā tui partem
depravet Aula.

Cast. De labore scio, qui è nuce nucleum petat, ei necesse fore, ut frägat nucem.

Iam

HVL RICI HVT TENI

Iam autem firmior mihi videor, quam ut
villam posthac morum immutationē ad-
mittam.

Mis. De nuce fieri potest, vt nucleum
non habeat, cui tu cum periculo dentem
impegeras. Quod ad mores pertinet, ne-
scis quam blanda pestis Aula sit; quātum-
que pondus hi, qui *hoc Mare perflant*, VEN-
TI quam nullo negocio dimoueant.

Cast. Dic aliquid de Ventis igitur: aut
si præstat, de Conuictoribus Aulicis inter-
pellatum à me sermonem prosequere pri-
us, deinde totum hoc MARE absolue.

Conuictor- Mis. Quos commemorauit Conuicto-
ressen A- res, Caste, sunt, qui cum Vlysse illo tan-
nici au- tum Maris obeunt, infidi ac fraudulenti-
lici. comites, quorū ille siue suo ingenio frau-
dem eluserit, siue Deorum benignitate
insidias effugerit, ad aliquam deferetur
Calypso primum, deinde Alcynoi hospi-
tium, post Ithacam forte occupabit.

Cast. Qua hos igitur arte peruincere
oportet?

Prouiden- Mis. Prouidentia; quam illi si quando
tia cū pri abesse abs te senserint, perdendi cōsilium
mis in Au inibunt. Quare fidendum penitus nulli.
la neces- Ut dīcam enim quod sentio; Optimam et-
faria. iam indolem, & recte institutam vitam, in
Aula

Aula suspectam habere oportet, quod hi,
quos dixi Ventos, omnia impellant, ac
perfringant, & summam s^epe innocentiam
ad pessimos mores inuertant. An
non audisti illum, qui ait? DISCEDAT A B Lucanus
AVLA, Q VI VVLT ESSE PIIS. Verum lib.8.bell.
vt sint aliqui boni, periculosa tamen ibi Civil.
experiencia est, quod multi sunt pessimis,
suopte partim ingenio, partim aulico ve-
neno imbuti, στιν, vt ait Comicus, οὐτε
βακος, οὐτε τησις, οὐτε ἔργος μένει. Proinde
cautū esse oportet, qui cum ingenijs con-
flictari velit eiusmodi, ac danda s^epe ver-
ba, & vicissim adulandum, moresque dis-
simulandi sui, atque omni allegato can-
dore istiusmodi simulandum ingenium.

Cast. Ut intelligo, primus est iste discen-
di à Philosophia gradus.

Mis. Et hæc est, quam dixi, difficultas.
Quantus essem nunc enim ego, si vel si-
mulare adulationem potuisssem? Qui dum
illum sequor naturæ rigorem, & bonus es Canderis
se studeo, omnem tot ærumnarum fru- & boni-
ctum perdo, in sublime procul abeunti- tatis nut-
bus qui æquales erant, ac in his multis, lus in Au-
qui nec diu iam, nec multum adeo labo- la fructus
rauerunt.

Cast.

HVLRICI HVTTE NI

Adulari. Cast. Omaino igitur Adulari necesse est Aulico?

Mis. Omnino: Sed faciunt hoc alij plus, alij minus. At quisquis huic iugo colligandam ceruicem præbuerit, opus est Alcybiadēm imitetur. Nam vt aliter Athenis vixit ille, Attica morum suavitate; Alter Lacedæmone, solutius; Rursum alijs apud Thraces, populum bellicosum, alijs apud Persas, mollem & delicatum, moribus vsus est: Ita opus est Aulico, omnem in modum cōformare se moribus eorum, **Aulicum** quibuscum viuit, vt ingenio omnem in **Proteo** partem mutabili sit, in omnibus versutus magis vaac callidus, in summa, ipso Proteo varius rium esse magis.

necessē, Cast. Tragicum est hoc malum.
est.

Mis. At in Aulica Comœdia spectatum, Caste, nec aliud frequentius, aut timendum magis, cum intestinum sit, cum domesticum. Nam qui aperte inimici sunt, facile ab his tibi caueris. Hoc malum, per speciem amiciciæ, clam irrepit, blandum **Aulici** venenum, fucata pestis. Atque aliquos ho- **Principū** rum noui, miros in modos Principum bo- bonitate abutentes. Quosdam verò ita effa- abutun- minate assentantes, vt non verba tantum rebus accommodent, verum etiam gestu verba

verba exprimant: In quibus falsissimus animi Index Frons est: Qui omnem oportune affectum simulant, ut volunt, colorē vultus mutant, Vdi ac molles, & quancunque personam fingere velis, idonei: qui omnia facile imitantur, ac exprimunt.

Cast. Ethos alunt Principes, ac hono-
ribus efferunt?

Mis. Et primo loco; decepti scilicet, Homines grauibus alioqui curis impliciti, & ad tristiciam proclives. Quos illi, grata semper ac læta nunciantes, iucundè afficiunt, omnia eorum admirantes, omnia laudibus efferentes, etiam ea, quæ iniqui Pessimi sima nouerint. Non est inuenire aliud hoc homines hominum genere peius. Atq; hi sunt, qui qui? suis pessimis consilijs, optime animatos Principes, in multorum, in Orbis, perniciem, inuertunt ac peruetunt: semper duplices ac bilingues; Per quos fit, quo minus rete sapient, recteue faciant illi. Quibus autoribus, neq; bonis præmium, neque pœna malis est. Hi sunt, Caste, qui Fumum vendunt: quibus ab illis emtoribus dicitur: Commenda me Principi. Porro officia & præfecturas ab illis mercari licet, & vt aliquid faciant, aliquid dicant
Prin-

HVLRICI HVTTENI

Principes, redimere: Quibus illi, quos volunt, caros, rursum, quos volunt, infestos reddunt. Hi, à quibus munera quoque acceperunt, his aliquando fucum faciunt: quibus autoribus, multorum felicitas Principum perit ac subuertitur. Hi sunt, Caste,

Sorices ac Tineae Aulicae. SORICES ac TINEAE PALATII; qui plurima die noctuque arrodunt, ac corrordunt, qui plurima deuorant. Omnino enim vitam ac sanguinem Principum exungunt isti, ac lente consumunt. De quibus valde prudenter Antisthenes Philosophus olim monuit; Si necessitas vrgeat, praestare in Coruos, quam in Assentatores, incidere; illos enim mortuos, hos viuentes deuorare. Qui cum noxij vbique sint, vtilest nusquam, maximis tamen ac intolerabilibus aluntur sumtibus. Hos videas in omnium mundicia, omnibus lauticijs deliciantes, splendide vestitos, bene nummatos, semper ebrios ac temulentos, vel citra vinum, studiosos aleæ, deditos crapulæ. Qui non aliter viuunt in Aula, quam illa Vlyssis domi Procorum colluuies; adeo non parere, aut augere rem nati, sed consumere ac perdere; ἀγονσιναι φέγονσιν. Neque istorum quicquam gratis; quandoquidem primi isti munifice donantur, liberaliter haben-

habentur, regiè vestiuntur, ad officia facile, præfecturas, ac honores euehuntur. Et de PALPONIBVS Aulicis dictum fortasse plus, quam oportuit; Sed iccirco, ut intelligeres, hanc Nauigationem quid potissimum difficilem, ac intranquillam redideret: Ac in Aula Amiciciam ne præsumeres.

Cast. Ut video, maxime indignis benevoli ac benefici sunt Principes.

Mif. Atq; hoc est, quod vides quosdam neque genere claros, neque virtute commendatos, in summum concendisse.

Cast. Scribas maxime.

Mif. Imo quosdam scribis inferiores: Atque vtinam Scribas tantum eueherent. Ita sine iudicio ac delectu liberales sunt Principes.

Cast. Iamdudum extra tuum sermonem meæ peregrinantur Aures, ac de illo cogito Morione. Sed tua tria verba, quæ neglexi interim, repete.

Mif. Si de Morione prius dixeris.

Cast. Audierat is auri penuriam conqueri suum Principem, & repente, quin tu Scriba vis esse, inquit, vt aurum habeas: Nam illos præ omnibus pecuniosos vidérat.

HVLRICI HVT TENT

Scriba Mis. Ita est. Nam & primi illi, & pluri-
Aulici ma in Aulis Principum lucrantur; partim
pecunio- dum litteras ac signa vēdunt, partim dum
ſi. cottidie aliquid à Principibus exugunt.

Quanquam quid de Scribis querimur?
qui qualescunque sunt, omnino aliquis il-
lorum vſus est: Cūm alij multisint, omni-
no inutiles, tantum fruges consumere na-

Principes ti. Atque igitur dixi, sine iudicio ac dele-
ſine dele- & tu liberales sunt Principes.

etu libe- Cast. Dij perdant Afflentatores omnes,
rales. quo ne bonos nobis diutius Principes
perdant. Sed tu iam de Ventis narra: Nisi
quid restat de Adulatoribus.

Ad adulata Mis. Huius generis sunt FRATRES, qui
tores fra- Principum mentes tenent, ex auditione
tres etiā Confessionis. Circa quod studium adeo
annume- superstitiosi sunt illi, vt credant perpetuo
randi. clausos sibi cœlos, nisi ex Dominici, aut
Francisci PHRATRIA, bene saginatus ali-
quis, nitidus, & obæsus, aperiat. Neque e-
nim satis est, Sacerdote hic vti, nisi ex Ordin-
ne fit. Quasi nemo post mortem reuixerit,
atitequam hi essent nescio quomodo or-
dinati ordines. Audiunt illi tamen inte-
rim secretissima quæque, & non produnt,
nisi raro forte, dum inter alios Palpones
in multam noctem pergræcantur. Sed ut
nun-

nunquam prodant, tamen sciunt, quid
Principi, quatenus suadere conueniat, &
quem non egredi oporteat limitem. Atq; *Cautissi-*
gitur cautissime adulantur hi, ac mire mi Adu-
temper abutuntur Magnatum vanitate. latores
Quorum aliquis persuadetur; Neminem qui?
ascendere illam Beatorū mansionem, nisi
qui prius in scapulis Francisci considererit,
aut quem sublatum in brachia Domini-
cus sursum proiecerit, aut qui valde libe-
raliter fratrum redditus auxerit; Monaste-
ria locupletauerit, vel nouū aliquem huic
colluisioni nidum construxerit. Quo fit
vt indies magis ac magis crescat illorum
res, nemine reclamante, dōm hostia-
tim colligunt: Quasi res parua sit, sti-
pem emendicare, aut non in multa aureo-
rum milia hi redeant stipes. Scilicet peri-
tissimum est hoc Assentatorum genus, ac
identidem perniciosissimum: Nam per
speciem Religionis mali sunt. Sed iam ad
VENTOS vocor; Hi sunt in Aula, Caste, *Veti ma-*
FAVOR; INVIDIA; CUPIDITAS; AM-ri Aulici.
BITIO; LVXVS; CONSYETUDO; EGE-VIL qu-
STAS. *omnia*

Cast. Rem capere videor, quanquam *turbans.*
audire liber, quomodo hæc à suo statu
mentem dimoueant.

HVL RICI HUTTENI

- I. Mis. FAVOR, Caste, vt iniusta suadeas;
Fauor. cùm hoc demulctus, rectum dignoscere
haud facile possis, & iccirco iniquam s̄e-
pe Amici causam iuues, aut quæ amas, vt-
cunque cadat hoc, Principi probes: Con-
tra INVIDIA, vt bonis s̄epe obsis, æqui-
Inuidia. tatem impediās, quæ infesta habes, perfe-
quaris. Quæ duo cum, qui in Aula versan-
tur, assint omnibus, incorruptam non si-
nunt genuinam bonitatem. Atque ita fit,
vt multa indigna contingent. Nam & eli-
guntur friuoli multi, ac excluduntur fru-
gi homines, & iniuria fit bonis moribus.
III. Iam de CUPIDITATE non dubitas, in
Cupidi- quos errorēs præcipitet: vt nihil s̄epe fa-
tas. cere, nihil dicere aliquis vereatur, dum
quod cupidit paret. Hinc illa sunt in Aulis,
periuria, illę perfidiæ, illa falsa testimonia,
tanto crebriora, quanto quis eget magis.
An non Cupiditas est, quæ facit, vt munie-
ra accipiant aliqui? vt fauorem Principis,
vt fumum vendant? vt compilent? vt de-
peculentur? vt rapiant? vt furentur? Pot-
IV. rò AMBITIO quid non perferre cogit?
Ambitio. Omnia, digna ac indigna, obire facit hæc,
& dissensionem excitat inter eos s̄epe, qui
sibi cari inuicem fuerant, & Adulatio-
nem ac Assentationem gignit, duas, vt
audisti,

audisti, maximas Aulæ pestes.

Cast. Non ferendum vitium narras.

Mis. At frequentius ibi nullum est. Ad eoq; latè regnat in Aulis Principum Ambitio, vt huic vni accepta referantur omnia. Nullus violētior Boreas nauim impellit, quam illa hominis mentem concutit. Qua imbuti qui sunt, omnes autem sunt, quod hæc ab Aula nunquam absit, non dubitant pericula obire, discriminibus sese obijcere, per tela, per hostes ferri, amicum lædere, necessitudines perrumpere, fidem fraudare, in Deos atque Homines delinquere, dum huic Ciuitati præficiantur, hoc officium, hum. Magistratum occupent; aliquando etiam, vt sine fructu inanē titulum ferant. Ita falsæ gloriæ studium, Aulicorum omnium animis tenaciter inhæret, agunturque hoc flatu sursum ac deorsum, & in miros abiiciuntur errores, nonnunquam naufragium faciunt, ac omnia perdunt, in largitione ingenti consumta pecunia. Habet enim vicium hoc Comites Largitionem, & reliquas corruptiones, quibus, impellente Ambitione, tota flagrat Aula, ac omnia passim aduruntur. Quid Lvxvs? quam v, morum depravationem affert? quod con- Luxus,

HVLRICI HVT TENT

ragium trahit? Vitium tanto alijs odiosius, quanto plura perdit ac dissipat. Hoc errore contemnuntur pecuniae, non quo à Sapientibus illis pacto, sed per stoliditatem ac dementiam. Contra vanissima omnia adamantur. Atque inde preciosa vestis, inde Purpura, inde Aurum & Argentum, inde Gemmæ ac Margaritæ, & reliqua id genus nugæ Aulâ inuaserunt. Quæ omnia licet maximi emantur, magnanimitatis est tamen, ea abijcere, & pro neglectis habere; ac tanto quis animosior censetur, quanto hæc vilioris facit. Videas ad contentionem vsque insumi pecunias, quo ne quid splendidius alteri adsit. Nec ad vsum fit emptio, sed ad inanem ostentationem. Quo loco haud refert dicere, unde suppetant hæc, aut hanc voraginem quid impleat. Certe impletam oportet, siue inde egeant subditi, aut ipsi etiâ Principes egeant, siue vniuscuiusque patrimonium huc erogetur. Ac plura multo profunduntur ibi inaniter, quam in vsum vertuntur necessarium.

Cast. Fieri video quæ dicis. Nam optimæ vestientem hic lanam, quid aliud contemnere docuit, ut peregre sericum emeremus, ac purpuram? Aut non potuimus ornari,

ornari, populus bellicosus, & omnis olim
molliciei contemtor, sine gemmis? sine
auro? & nos sagi piget, nos loricæ?

Mis. Tum Cynnama, Crocum, Piper,
& reliqua exotica, id malum inuexit.

Cast. Simul, credo, mores emollivit, ac
illud vere Germanum robur eneruatum
reddidit?

Mis. Sic est. Quanto decentius enim
primi illi Germani ferarum pellibus ami-
cire corpora solebant: cum multa inter-
rim strenue facerent, quam nos sic com-
ti, sic ornati. nulla bella gerimus: nullis
Principibus, nullis Regibus iugum impo-
nimus, nullam laudem parimus: nullam
ad posteros gloriam transmittimus: nisi
quod alacriter plenis concursantes P O-
C Y L I S vtrinq; vires commixtum, cor-
pora delassamus, ingenia perdimus.

Cast. Quæ audio? sed perge.

Mis. Præter hæc, in miros sæpe Scopu- VI.
los impellit C O N S V E T U D O. Quippe Consuetu-
dum coniunctus in Aula cum sit, in tuto,
proliui est morum exemplum, quod o-
mnes trahunt; sed ita trahunt, ut adhuc vi-
derim, qui cum bonis consueuerant, me-
liores paucos, admodum multos per ma-
lorum coniunctum deteriores factos. Hoc

HVLRICI HVITENI

inducente flatu, Adolescentuli in Aulan-
delati primum, pereunt; omnis innocen-
tia pessumit, candor infuscatur, bona in-
doles corrumpitur. Cum enim, ut quidam
ait, in vetitum semper nitamur, ac negata
ēupiamus, abunde in Aula inuenire est,
quo labem contrahamus; Alij in Gulones
& Potores incidentes; Alij in Aleatores;
quidam in Scortatores? plurimi passim in-
Assentatores ac Simias Aulicas impingen-
tes. Quorum in medio quæ tuta Probi-
tas? quæ satis tibi munita integritas vi-
detur?

Cast. Mihi quidem videtur ipsa Pallas
hac assuetudine contractura malum, tali
contagio tam pestifero inficiente: At mi-
Pueri insere decipiuntur, *Qui Pueros in Aulam eru-*
Aulas nō diendos mittunt; cum inde vi, ac violentia
mittendi. extrahendi potius essent.

VII. Mis. Ut narras. Verum EGESTAS, quam
Egestas. dixi, suas & ipsa partes sibi vendicat, ne-
cessarium malum, quæ optime institutam
indolem peruertit, nec sibi constare finit:
Quæ omnia venalia habet, & nihil non,
pecuniae studio, facit ac patitur. Hæc Pro-
ditores gignit, ac rebus semper nouis stu-
det. Vides enim, ut opus sit egentibus il-
lis quod prodigant, quando quidem &
ipſis

ipſis commune eſt cum alijs, luxum cole-
re? Itaque vndeunde poſſunt corradunt.
Per phas ac nefas quærunt. Certè enim, vt
ille ait, viro eſurienti neceſſe eſt furari.

Caſt. Quid tu? illos Pauperes deterio-
res putas his, qui ex Crumena, vt fertur,
generosi ſunt?

Mif. Nihil minus: Sed ſua ſunt & illis vi-
tia, quæ nihil ad hunc locum. Egentes, o-
mnibus ſemper vitijs obnoxij ſunt, cito
munera accipiunt, cito ſpe lucri fidem
frangunt: adduci facile poſſunt, vt ſecreta
ſibi commiſſa effutiant, vt ea, quæ in con-
ſilijs agitata ſunt, prodant: vt iniquā Prin-
cipi cauſam commendent. His interceſſo-
ribus, ſi quis eos pecunia præceperit, o-
mnia, citra negocium, à Principe impe-
trabit. Atque hos præſertim obſeruant hi,
qui Principum fauorem venantur, non
imprudentius, quam qui oppidum expu-
gnaturi, ea parte, qua munitum minus eſt,
aggreduintur.

Sed iam de his ſatis dictum, quæ Aulam
turbant. Quæ recte V E N T I S comparaui-
mus, quod vt illi, quieto mari, fluctus con-
citant, ita hi, quos memorauī, Flatus, mi-
ras Aulæ tempeſtates inuehunt, vt iam
noſſe videarīs, vnde hec ſint in Aula inquiet-

HVL RICI HVT T ENI

tudines, hi tumultus. Verum q[uo]d tandem diu multumque iactata m. Nauim nostram impellant, accipe.

Cast. Audire gestio.

In quas Syrtes, Scyllas, & Charybdas, venti isti ad Infamiam, Nauim Mis. Aliquando in perniciem statim: Ut si quis Cupiditate excæcatus, aut egestate coactus, rem committat suppicio expiandum: Aut si huc eum consuetudo, quam cum malis habuit, abstrahat; Aliquando spiritibus, aut per Ambitionem & Luxum.

Aulicam impellant, Cast. Quo illi, puto, recidunt, qui aut in furto depræhensi sunt, aut mercede fidem prostiuerunt: Aut verò qui Ambitionis studio Principi fucum fecerunt, aut qui per vinum, vel amorem, turpia ad miserunt.

Mis. Qualis ille hic nuper fisci præfetus, à quo Princeps rationē audire cum vellet, intellexit vno anno decocta aliquot aureorum milia.

Cast. Et qui pacta cum hostibus pecunia, nihil vtile Cæsari suasit.

Mis. Et multi qui Magistratus emunt, & honores mercantur.

Cast. Et qui vino dediti, multa s[ecundu]m tācenda, per ebrietatem effundunt.

Mis. Qualis etiam fuit, qui paucos ante annos

annos in hac aula versatus, cum honestum locum haberet, sed per luxum prodigeret omnia, ac ære alieno obrueretur; Meretriculam, cuius amore tenebatur, equestri ordine natus Iuuenis, vxorem duxit. Deinde nō suppetente quod necessarius usus requireret, latrocinis vitam tolerauit: ac tandem cum alijs latronibus comprehensus, Carnifici secundam ceruicem præbuit.

Cast. Ut capio, hę sunt in isto Mari SYR-
TES, hę SCYLLAE, hę CHARYBDES,
quo nauigantes hoc modo deiecti per-
eunt.

Mis. Et LESTRYGONES. Caste, ac Lestrygo-
CYCLOPES, qui statim deuorant. Ad nes & Cy-
quos ille, scis, deferebatur, qui, cum pa- cles in
Etia mercede Principis vitæ insidiaretur, mari au-
consilio præuentus, extremo suppicio af- lico.
fectus est, & nunc à quatuor stipitibus de-
pendet. Et quem proxime laqueo suspen-
di vidimus, quod ærarium compilasset.

Cast. Et quem ego vidi Romæ, quod li-
berius monuisset Pontificem, capite ple-
cti.

Mis. Non ille, Caste, sed forte ad Scopuli
pulum offenderat: Sunt enim SCOPULI Maris
etiam hoc in Mari, caute transeundi, ne aulici
frangas

HVLRICI HVTENI

frangas Nauim, & omnem semel substani-
tiam perdas.

Cast. Et hi qui sunt?

I. Mis. Vnus omnium maxime vitandus,
Ira Principis. IRA PRINCIPIS. Nam qui huc impege-
cipit, actum de eo puta. Atque audi, Caste,
quo potissimum periculo versemur apud
Principes. Siue te enim tuus ille condu-
ctor benignius respicit, anxius es, ne quid
offendas, & fauorem ut retineas. Siue abs
te oculos, aures ac manus longe habet,
bene mereri studes; idque vigilando, la-
borando, dum sursum ac deorsum voli-
tas, dum frigus ac aestum fers, dum digna
ac indigna poteris, dum omnia conaris,
ac saepe contra flumen natas. Ita semper
lassandus venis, semper ac singulos in dies
deterior fit seruitus: Dum tamen interim
nescis, an haec ille sentiat aut agnoscat.
Qui si sciat etiam quantum mercari, non
facile tamen concedit, quae ad tranquilli-
tatem tibi sunt. Quippe ex cuius re est,
hiantem detinere, ac suspensum, speran-
tein semper fore, ut emergas, ut aliquid se-
mitius det, ut sit laboris merces, sudoris
præmium. Quo in statu saepe interim con-
tingit, ut tibi irascatur *ad tuos ekeinos*, ob-
leuem aliquam aduersum te causam mo-
tus,

tus, quam ille tanti facit, ut magna depre-
catione opus sit, quo tecum in gratiam
redeat: Cum sepe ob rem nihil, ob floc-
cos, ob pilum, ob vicioram nucem, ob fu-
mi umbram, excandescant Principes, in-
flammentur, rabiem contrahant, furiant,
ac Cœlum terræ misceant; breuiter, in nu- Eadē ad-
gis Tragœdias agant. Tanti est diu serui- huic agi-
re, se affligere ac conterere. Quapropter turfabu-
quosdam vidi, postquā multis annis sum- la, muta-
ma diligentia maximis laboribus seruiss- tis tantū
sent, semel vel dicta causa commoto Prin- personis.
cipe, pecunia pariter ac libertate multa-
tos, nonnullos vita etiam spoliatos. Le- II.
uiores Scopuli sunt *Principum SVSPICIO-Suspicio-*
NES, quarum illi capaces maxime sunt, Princi-
ped in quas non sine periculo incidimus. pis.
Atque in his ego perpetuo, Caste, ob lo-
quendi libertatem, quo plurimum offenduntur illi, hæreo. Deinde *Parium INVIL* III.
DIA, intra quam non admodum secure *Inuidia*
navigatur. Ac præsentius omnibus ma- *parium*.
lum DELATIONES, quarum cum impe- *IIII.*
tu si impariter confixeris, periculum est *Delatio-*
rerum simul ac vita. Porrò caute omnino *nes*.
tractanda est eius, cui seruis, quantum- *v.*
cunque iutta *OBIURGATIO*. Ea est his *Obiurga-*
gris natura, quedam sibi nonnunquam tio Prin-
vlcera cipis.

HVERICI HVTENI

¶ I. vlcera tangi nolunt. Iam hoc quam fu-
Amor v- giendum & ipsum est Saxum, SPECIOSA
xor is aut vxor si illi sit, aut FILIA, ne vel ames, vel
filiarum. amari tibi contingat.

Cast. Ad huiusmodi scopulos perijt a-
pud Alexandrum Callisthenes.

Mis. Et cum periculo nauigauit Agis
Argiuus, eundem reprehendere ausus,
quod in Adulatores & ridiculos, perinde
ac in bonos liberalis esset.

Cast. Clitus vero, quam ab illo Cyclo-
pe repente deuoratus est.

Mis. Et ab Astyage, quæ passus est Har-
pagus?

Cast. Et ab Cambysē Prexaspes vt ha-
bitus?

Mis. Porro illi Romanorum Imperato-
res quam misere multos habuerunt?

Cast. Nostra autem tempestate, quæ se-
indigna dederunt? Et in Suevis illud qua-
le exemplum? Proinde omni pede stan-
dum, ne in hoc mari nauigationem expe-
riantur, qui vitæ consultum volunt suæ.

Mis. Quod nisi à me sic essem monitus,
quo te præcipitassem?

Aulaqua Cast. In mirum, vt video, PISTRINVM.
si Pistri- Quapropter alia ineunda vitæ ratio est.
num. Mis. Ita Caste cogita. Nam aut Ager ho-
nesto

neste coli potest; Aut litteræ doceti; Aut
vtcunque manibus operari licet, & rem
militarem exercere, *καὶ ἐπασπίδιξεν το-*
δας; aut Medicinam tractare, vt ex te tibi
viuas.

Cast. Recte suades. Tu verò sic monito
me, quid tandem in hac pœnitudine tibi
proponis, iam senex? An omni deuorata
boue, in canda tandem deficies? nec ex-
tremum Fabulæ actum implebis?

Mis. Ne hoc quidem degeneris animi,
vel in extremo resistere. Et iam varie super
his consultans, nōdum inuenio, vt me ex-
pediam.

Cast. Dijte exista iactatione in portum
aliquem referant Misale, ac, vt liberta-
tem recipias, faxint, aut aliquam tibi fru-
ctuofam cogitationem indant, quate ab
his retibus explices.

SED prosequere, oro, de vita Aulica,
quando adhuc ante horam sumus, quæ
te ad illud seruitutis hostium auocabit. Et
quod restare videtur, quæ te CAVSAE in
hanc Nauigationem adduxerint, aut de
SYRENIBVS, vt meministi, aliquid refer. *Syrenes*
Aulica.
Mis. Audi igitur seruitutis huius cau-
fas, nam fructum aliunde, opinor, intelle-
xisti.

HVL RICI HVT T ENI

xisti. Primum ea, Caste, quæ tu quoq; pau-
lo ante suspexisti, admirabar: *vestium nito-*
torem, Aurum, & Gemmas: Ac illos Arabice
olentes *Purpuratos*, vt Deos, verebar. De-
inde magnificiebam, *his cōuersari*, ad quo-
rum conspectum etiam, summa conten-
tione, maxima sæpe multitudo procure-
ret; *hisq; Colloqui*, & eorum familiaritate cen-
seri: ac illas affectabam *immunitates*, & diui-
ties omnes putabam, qui sic ornarentur.
Cumque patrimonium mihi esset perexi-
guum, facile hoc loco ditescere propone-
bam. Quædam præterea insita fuit & Iu-
ueni, & Imperito, vt multis, A M B I T I O.
Nam aliquādo videns ex Aulicis reueren-
ter aliquos appellari, ac orari ab his, qui
aliquid apud Principem captabant, dein-
de muneribus quoque peti: Rebar omnes
in Aula cōsuescentes, potētia plurimum
valere, ac facile audiebam, cottidie incre-
pantes me his verbis: *Quin tu in Aulam te*
confers, vt prodesse & tibi possis, & omni-
bus tuis, aliquam adeptus præfecturam,
aut ad aliquod promotus officium, vel a-
liter Principi carus? His ego, Caste, Syreni-
bus, cum occinuissent, neque ego, Vlyssis
consilio, cæra aures obthurasse, subuer-
tendum me præbui, deceptus miser, cum
mini-

minime presentiscerem, in quę mala, Deo
irato meo prouoluerer. Nam quid *Vestes*
admirabar stultus, quę truncum etiam or-
nant, & animum non arguunt? cum ex A-
nimo constet homo, nec ad eum aliquid
pertineat eorum, quæ exterius adhærent
corpori.

Cast. Quo minus illos fero, qui Mo-
N A C H I vocantur, qui nobis vestiū ostend-
tatione volunt sanctimoniac opinionem
persuasam: Cum hoc hominū genus valde
detestatus sit Christus, quem ego credo,
cum in terris esset, nihil aliter, atque alios
homines, vestibus vsum. Hi autem quas
non diuersitates excogitant, in quod se
non monstrum transformant, vt quam
maxime dissimiles sint per omnia? Atque
in his aliud Francisco placuit, aliud Bern-
hardo: Aliter visum est Dominico, aliter
alijs.

Mis. Neque illud videbam, multos sic
vestitos, plurimis interim egere. Sunte-
nim ista non ex hominum facultate, sed
consuetudine ac moribus Aulæ, quæ vult
homines iactabundos, ostentatores, glo-
riosos, ac magnificos, qui se omni foris ^{Splendor} *aulicus.*
pulchritudini ac venustati conforment;
cum intus morbidi, marcentes, ac mire

HVI RICI HVITTE NI

informes sint, &c, vt mihi videtur, similes
parieti incrustato, intra quē ruinosa multa
sint, aut sepulcro splendide foris extrus-
to, ac statuis & imaginibus egregie ador-
nato, quod deformes intus caluarias, nu-
da ossa, & obscenos fœtores contineat.
Quin etiam multi horum, vt sic vestian-
tur, fraudant, rapiunt, ac furantur. Nam
habendus est in Aula vestitus, non quem
tu parare potes, sed qui ex Principis di-
gnitate est.

Cast. Ibi te illius meminisse oportuit,
quod Croeso obiectum à Solone est. Nam
ille cum adhibito Solone, aurea se sponda
molliter aœgie adornatum, nitide com-
posuisset, ac ab illo percontaretur, nun-
quid vñquam speciosius vidisset? Respon-
dit Solon; Gallos gallinaceos, Pauones, &
id genus animalia: In his enim admiran-
dum Naturam spectaculū exhibuisse: Re-
gis stoliditatem arguens, ac istiusmodi fu-
corum contemtum innuens.

Mis. Et multa præterea; quæ si mihi in
mentem venissent, non his concessissim,
huiusmodi obijcentibus illecebras, Syre-
nibus. Qui si itidem, quam periculose tra-
Amiciciae etentur Regum ac Principū *AMICICIAE*,
Principū considerasse; non tanti fecissim, huic
inter-

Interesse pompa, in qua multi opprimuntur. Nam friuolum est enim, tunc se putare carum his dominis, cum dextras porrigit, aut osculandas etiam præbent: aut vbi familiariter colloquuntur: Cùm non affectus sint illa, sed ostentationis plærunque, quæ per omnia in Aulis regnat, ac in- *Affatus*
Principis fidiosi vt plurimum sint Principum affa- *Principis*
 tus, quos illi ob id blande conferunt, vt *infidiosi*. suorum animos explorent, & affectos hac benignitate, ad effundendum aliquid temere inducant. Plurima enim oportet simulare ac dissimulare Reges. Vnde non imperite solebat dicere Germanus Imperator Segimundus: Qui nesciat simulare, eum nescire regere. Plærisque verò tunc *Salariæ* affabiles sunt, cum soluendum salaryum *aulicæ* est. Ac iccirco blande conferunt, ne sibi illi pecuniam petendo molesti sint. Maxima enim & ibi difficultas est, postquam diuturnam ac duram seruitutem feruieris, vt stipendium extorqueas, quod siue non petis, non soluitur; siue multum ac saepe offendis. Hoc autē tempore omnes ferè per Germaniā Principes egent, propter luxum & vanitatem, quibus dediti, plurima inutiliter absunt. Vides enim, vt multæ scurris, Indionibus, Mimis, Para-

HVL RICI HVT TENI

Ebrietas sitis, ac Musicis largiantur? Vides, vt in Aul-

aulica.

lis noctu diuque bibatur & edatur? vt pa-
uimenta vino madeant? vt plus Ebrij isti
profundant, quam ingurgitent? plus in-
gurgitent, quam ferre possunt? Tum ad

Vestitus

aulicus.

æmulationem vsque dantur vestes. Atque
is est Principum tumor, quanto magis e-
gent, tanto minus egere videri volunt: &
iccirco nihil de pompa, nihil de apparati-
bus remittunt: Imò in alterius inuidiam
alter prodigit, ne perdendo inferior sit.
Interea speciosus ille fortis colossus est, in-
tus squallet. Quod me, ditescere volentem
misere decepit, aurum suberatū cum pro-
solido venerar, ac istas esurirem ponti-
ficales cœnas, ad has tam cupide respice-
rem gallicas vestes, ad hæc monilia. Nam
in Aulis qui habent ista, plerunque nihil
præterea habent. Quinetiā plus aliquan-
to perdunt aliqui seruiendo, quā lucran-
tur, quod apud quosdam neque emergere

Stultus

delectus

est, & rem suam dissipare oportet. Porro
Principū stultissime delectum agunt Principes eo-
in assumē rum, quos in famulatum assumunt. Neq;
dis mini- rimum quæritur, qui procera sit statura,
stris. latis humeris, ardua ceruice, prælongis ti-
bijs. Atque is commendabiliorsit, si etiam

BAR-

B A R B A M ad terrorem adornet, & cala-
mistro cœsariem vrat, ac per Aulam ingres- *Barba
anlica*
sus, huc illuc brachia iactet, tibias venti-
let, humeros ostendat, vt illos poscere vi-
deatur Virgilianos cæstus, cum Entello
pugnaturus; & vestes habeat discolores, *Vestes*
ac per omnia pictas, magis etiam quam discolo-
pictus est gallus gallinaceus, triginta gal- *res*.
linarum maritus, cum istiusmodi Thraso-
num vñus, non sufficiat ad explendum v-
nius mulierculæ desiderium. Scilicet Ath-
letas bonos amant Principes crassos istos,
pingues, & torosos. Illos verò macilentos,
breves, graciles, subpallidos ac tenues,
quanquam prudētia forte & consilio va-
leant, non admodum curant, quia non est,
inquietūt, bene personatus iste. At hos Gigan-
tes in satellitium citra cunctationem li-
benter assumunt, actales sibi gaudent esse
anteambulones & seftatores, quanquam *Quātum*
minus sit nonnunquam in aliquibus ce- *cerebri*
retri, quam in culice sanguinis. Nimirum in *non-*
hoc comitatu abunde ornatos se, etiam si *nullis* *an-*
nulla sit virtutis ne cogitatio quidem, pu- *licis*,
tantes: præter quos capita extollunt Adu-
latores, quos dixi; relictis post tergum
bonis, & plærunque pauperibus. Nam, vt
noſti,

HVLRICI HVTTENI

Ieuenal. Haud facile emergunt, quorum virtutibus obstat
Sat. 3. Res angusta domi.

Atque hi sunt, quorum hæc Ilias capax
est, quæ alioqui
Stultorum Regum, & populorum continet æstus.

Aulico ty Quod intelligentem considerare oportet, prius quam aggrediatur; An aptus sit
cogitan- hæc obire munia. Nam præter ea, quæ di-
dum? xi, quid in Aula ferendum sit, nihil te ce-
labo. Ac primum omnium, quod de im-
Immuni- munitate dixi: quæ posset in hac seruitute
tas Auli- immunitas esse? Quam molestum est au-
corū nul- tem, ac indignū, omnia humiliter, omnia
la. submissæ & abiecte facere? Nam cum o-
Aulicavi mnino seruitus sit Aulica vita, nec aliam
za serui- appellationem capiat, quam ea, quæ faci-
tus. unt Emticij, quando nomen haud effu-
giamus, in re ipsa solatium repositum ha-
bere debebamus, ut esset hæc scilicet libera-
lis seruitus. At non putant nunc Principes
aliquid esse inter se, & ministros suos dis-
crimen, nisi ad contumeliam usque vtan-
tur opera nostra. Itaque volunt assidua-
tem, volunt sudores, volunt quoquo cant,
vt se velut propria umbra comitemur, ne-
que amant quenquam, nisi qui in oculis
sibi perpetuo sit. Et eos benignius ha-
bent, qui obstippo ante se capite, quoties
ipſi

ipsi respexerint, inclinant: Quibus agilia
 sunt genua; qui omnes illorum nutus, ne-
 dum iussa obseruant; qui Ceremonias au- Ceremo-
 licas pro Legibus colunt, atque igitur vno niae auli-
 omnes ordine callent & exequuntur, ita ca pro le-
 vt si latum ab his vnguem discedant, pia- gibus co-
 culum hoc sit. Proinde Desertores vocant lenda.
 eos, qui non semper in tergo sibi hærent,
 magis, quam qui in acie loco cesserunt.
 Et summum studium est, vt recte miscea-
 tur regiæ pompa strepitus, vt ad omnem
 Principis intuitum palleat quis, ac atto-
 nito similis sit. An non vides, vt apud hos
 titubantem dicere oportet? Et præ timo-
 re sudantem nonnunquam? Vides, quan-
 tumcunque aliquod familiare & exiguum
 est negocium, qua perplexitate, quam hæ-
 sitanter ac trepidè ille dicit Orator, Vt
 Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram?
 Vbi periculum est, si in tituli pronuncia-
 tione vel syllabam prætermiseris, aut po-
 plites tui si officium ibi minus scitè faci-
 ant; cauendumque vt omnia sint mollia,
 perfracta omnia, vt opus sit docto alicui
 Comœdiarum actori operam dedisse, ac Histrio-
 histrionicā didicisse, quone quid in con- nica auct.
 genitatione aberretur. Quæ cum vanis- lica.
 sima omnia sint, tamen plurimum in his

HVLRICI HVTTE NI

dici absumitur. Deinde Apparitiones illæ quales sunt, quando totas nonnunquam vi. horas standum est vno quasi in vestigio? quando huc, illuc, sursum, deorsum procurrendum? quando equitantem illum per urbem, fessis diu pedibus sequi oportet? quando in plurimam frequenter noctem obseruandus est, dum à conuiuio redeat? quando in æstu ac frigore excubandum. Et sunt homines, qui in his ærumnis vitam putent; qui in hoc voluntari ceno volupe admodum ducant, & pro delectijs habeant hæc facere, hæcque pati. Quasi aliquid adhuc intersit, inter Aulicam Captiuitatem & eos, qui bello Thürcis seruiunt: aut seruiri Principibus citra assentationis vicium possit. Quæ sunt enim ista paulo ante à me pertractata, quæ etiam si ad amissim exequi studeas, & efficere quod placeat coneris, tamen in ambiguo est, an tuam ille sedulitatem agnoscat, aut per optimos illos conuictores an placere tibi liceat. Nec minus danda opera, ne-
susurro- quid Aulici isti Susurrones improbent,
nibus et- quam ipse ille Iupiter tuus ne offendam
ja in aula contrahat. Qui si assiduum te videant, vt
seruien- iam frequentari in Principis auribus inci-
dum, pias, meritum omne tuum inuertunt, gra-
uem

uem vocantes ac importunum. Etvbi a-
scendere quantuliscunque gradibus ani-
maduerterint, deiiciendi consilium ca-
piunt. Quorum studio factum est, vt inter
abiectos nunc accumbam. Certe enim
FORTVNAE R O T A est, Caste, in hac vi- *Rota For-*
ta, in qua quotusquisque si ascenderit et *tunc in*
iam, diu consistere potest? Quod vicissim *aula*.
omnia fiunt; vt, qui nunc sublimes sunt,
rursus decumbant, & qui paulo ante de-
primebantur, nunc summo in orbe con-
spiciendi emineant, vt alius alium impel-
lat, vt tuum illum æmulum, si quid tibi
prospere succedit, vrat. Iam in illa pompa,
quæ INVIDIA est, quis quo loco ambu-
let? quæ AMBITIO? Deinde P R A E L I - *Præliba-*
B A T O R E S, cui malo exponunt se? perce-tores Au-
pturi, si qua illi domino mors destinata lici mise-
sit. Atque adeo nequid tutum, nequid sit ri-
in Aula pacatum, aliquos vidi à Morioni- *Moriones*
bus exoculatos, dum prouocati illi furi- *aulicimo*
unt, quosdam ad mortem usque cæfos. In- *lesti*.
ter quas molestias, inter quæ discrimina,
quid tandem præmij, quid solatij est Ca-
ste? Aut non semper vigilandum; Alteram
in partem, ne tibi vilescat gratia, in alte-
ram, ne tui sit tedium? Et forte officium
petis, quod aut locatum iam est, aut, si va-

HVLRICI HVTTENI

cet, plurimos habet competitores: quo-
rum tu studio nisi par fueris, quando tan-
dem spes est, multis vnum præferri? Tum
nonnunquam in PIRATAS incidit hæc
nauis.

Cast. Quos in Piratas dic oro? Nam, vt
video, omni à parte Navigatio est vita Aul-
ica.

Mis. Quid aliud enim? nisi tu quicquam
inuenisti magis huic simile,

Cast. Nihil esse credo.

Pirate
Maris
aulici.
Mis. Proinde multos habeant Insidia-
tores, multos etiam apertè Inimicos, ne-
cessè est, qui multa possident. Vnde si con-
tigerit ei, apud quem seruis, bellum esse,
ac in hostes tu incideris, & illi captum ab-
ducant, tum quis redimit?

Cast. Quis enim alias, quam cuius id
causa passus sim?

Mis. At nemo minus Casto. Nam tuum
ibi patrimonium diffuit: Ac ipse te vt li-
beres opus est. Quod si immitiorem na-
etus sis Piratam, Carcerem, Vincula, Tor-
turas tibi propono: nonnunquam etiam
mortem.

Cast. Duram valde conditionē narras.

Mis. Quasi aliquid mite ferat Aula. Vi-
des igitur aliquot sæpe millia, ob duorum
homun-

homuncionum leuiuscumam contentio-
nem, ex ambitione sumtam forte, mutua
se cæde conficere?

Cast. Video.

Mis. Quid Principum familiaritatem
suspicias igitur?

Cast. Quia in animum non renouau-
ista.

Mis. At nunc sapis.

Cast. Tuo beneficio.

Mis. Quamobrem fortunatum te, qui
alieno periculo caues, me infelicem, qui
sic pereo.

Cast. Ni fallor, bona Principum pars,
ea facit, quæ de Syracusano illo respondit
Diogenes. Nam interrogatus, quomodo *Aula quo*
Amicis vteretur Dionysius? Ut Vasculis, modo *A-*
inquit, dum plena euacuat, & abijcit va-*micis suis*
cua. *vtatur.*

Mis. Sic est. Et iam prope arbitror, vt be-
ne vacuum me ejiciat ille: quandoquidem
longius esse mihi à limine, quam solebam,
videor. Ac nisi me omnia fallunt, iamdu-
dum illam exuo gratiam, qui diu seruiui,
& quod pœnitendum maxime est, opti-
mam vitæ partem, & ætatis florem in Au-
la perdidi, inter Sycophantas ac Assenta-
tores, inter fastum ac superbiam Aulico-
rum

HVL RICI HYTTENI

rum congerronum. Inter magnificos Sa-
trapas, Regios Canes; inter homines, Ca-
ste, quorum ne in cœna quidem laudan-
dus sit aliquis: Inter gloriosos milites: In-
ter illos, Caste, equites, qui sunt ipsi magis
plærunque bestiæ, quam hæ, quas equi-
tant: atque adeo inter Centauros, inani-
spe, sine fructu, duris semper modis fati-
gatus ac delassatus, dum virebant genua,
dum omnia erant integra. Qui si hodie
abijciar, ac aliquis roget, quoniam pacto
in Aula consenserim, quid aliud respon-
dero, quam quod ille apud Senecam, *In-*
iurias patiendo, & gratias sape agendo?

Cast. Viœm tuam doleo, Misaule, quan-
quam desperandum non puto, & forte
tempus est, ut lætius aliquid eueniat.

Mis. In illius hoc, Caste, genibus situm
est: qui quomodo aliquid daturus crede-
tur, exhausto iam & inutili, qui omnia fal-
so promisit Iuueni & valido?

Cast. Spes est hæc lubrica, quantum sa-
pio,

Mis. Te monitum igitur velim, ne tam
periculosa navigationi te committas. Quid
enim diuitias sperat aliquis, inter tot egé-
tes competitores? aut poterit quid am-
bit, quam sine inuidia habere non potest?
aut

aut quam si habeat, cum periculo habeat?
 Cum de omnibus illis secum potentibus
 male suspicentur. Porro, quis, nisi valde
 stultus, si hoc modo sit monitus, in hac ex-
 periri naue sustinuerit, cuius, præter alia,
 tam spurca est, tam fœda ac tetra S E N - *Sentina*
 T I N A?

*natis au-
līcā.*

Cast. Etiam *Sentina* ibi molesta est?
 Mis. Etiam, nequid ulli Nautæ patian-
 tur, quod non commune illis sit cum Au-
 lica familia. Igitur immundissimæ sunt in
 Aula fordes, mira obscenitas. Primum *Cibus*,
Cibus ut multis, ita negligenter appara- *Cibus*.
 tus, marcescentibus saepe ac rancidis *carni-
 bus*, in vas nihil purius coniectis; quibus-
 cum *Grylli* se, *Muscae*, ac *Aranei*, & id genus a-
 nimalia miscuerunt, aut quæ *Vermes* iam
 pepererant. Atque haec quales quales sunt,
semicoctæ tibi nonnunquam apponuntur.
Luxta insipidum olus, aut legumina ut-
 cunque commixta: aut *Pisces* iamdiu ante
 mortui, aut aliquid his multo spurcum
 magis. *VINUM* aut acidum, aut quod ab *Potus*.
 alia sumptum mēsa est, de quo biberat for-
 te barbatus aliquis, barbam profuso nu-
 periure infectam habens. Qui assident, he-
 sternam crapulam olen, & eructant, per
 omnia fœtidi. Quorum aliquis percaca-
tis

HVLRICI HVTTENI

tis sedet fœmoralibus , vini impetu emotita aluo , aut apud ipsam mensam vomit . Nam ita frequenter hæc fiunt in Aula , vt quocunque tempore abs te aliquis per-
In Aula contetur , quid agatur in Aula , rechte illi re-
quid a- spondeas ; Bibitur , vomitur , effunditur . Huc
gatur . adde , quod non hominum tantum , sed
III. bestiarum etiam ferendus est fœtor , Canum
Odor. excrementis tota referta Aula , aduersus
quæ obthurasse nares , adeo est inurbanus ,
ac inelegans , vt in fabulam quoque venire
soleat . Atque his te , vt feras , assuefieri o-
portet , tum alibi , tum verò in ipso etiam
triclinio sumentem iam cibum : Quan-
Mantile. quam præter ista nihil ibi lautum , nihil est
Calices. mundum . Crassum ac multo semper iure
impinguatum *mantile* , vt digitis hærens ,
quoquo trahas , sequatur . *Calices* situ op-
pleti ac feculenti , mirum in modum con-
spurcata , iuxta inquinata omnia , ac ob-
scœna , & odore ut plurimum tetricimo .
III. Noctu autem quæ commoditas *quiescendi* ,
Somnus. inter obstreperos Potores ? Qorum ille
ἀπουστατος aliquid , nocte iam concubia ,
quod omnium asinorum ruditum supe-
ret , occinit . Alius vino disertus , aliquot
sæpe horas sermocinatur , inconditis tibi
fabulis somnum intertwans : Forsitan &
eundem

etundem tecum sortitur lectum, aut ex Ebrijs illis vnuſ, aut qui ex morbo puteat, ac scabie infectus sit, aut cui spurce oleat anima, vel qui alijs tibi modis sit molestus. Adde *Lectos*, non impuros tantum, sed & pestilentes ſæpe, vbi ille dormierat paucis ante diebus morbo gallico adefus, vbi leproſus aliquis defudauerat: *Lodices* sextum ante menſem lotæ, in quibus se volutarunt morbosí illi, quæ multam, si inspicias, ſaniem, multū pus exceperunt. Atque hæc omnia tunc magis obijciuntur, quando vaga eſt Aula, vt in alijs ac alijs *Diuersorij* pernoctādum ſit, humi non-nunquam, vix rariſ ſubſtratis vbi ſtipulis, *Diuersorij* aut pediculosa aliqua culcitra, inter *Cirria*. miceſ, ac pulicuſ examina.

Cast. Capio, & videre memini ebrios modis omnibus immundos.

Mif. Tunc cum in ſuis illis verſarentur delitijs?

Cast. Cum eodem in triclinio alij biberent, alij vomerent, nonnulli in uicem ſibi oppederent.

Mif. Tunc, cum ille iaceret iam victus potor, ac inter dormiendum vomeret, inter vomendum dormiret, excubanti- bus

v.

Lecti.

vi.

Cirria.

HVLRICI HVTTE NI

bus iuxta canibus, qui omnes mediote-
nus palato sordes elamberent.

Cast. Cum alij scorta, alij taxillos posce-
rent.

Mif. Non iam ignoras igitur, cuiusmo-
di tibi, si huc concedas, exhaurienda *Sen-
tina* sit. Quod si cum ipso nonnunquam
Principe seorsum cœnes, vt laute omnia
parata, eleganter apponantur, non audes
per verecundiam apposita sumere, ac,

Tantali TANTALI more, in copia eges. Tum te
Aulici. interficiunt, aut morbis obnoxium red-
dunt varia ciborum genera, quibus appo-
sitis, continere te facile non potes, quin
nimis edas. Et longo interuallo missus
importantur. Ac ea plurimum hora cibus
sumitur, qua tibi minime conuenit. Ne-
que enim in Aula tunc editur, quando ho-
mines esuriunt, aut tunc babitur, quando
fisiunt, aut suo tépore quiescitur. Omnia
confusa sunt, omnia intempestiuæ. Et for-
te expectandus est ille, qui aut in venatio-
ne, aut Ius dixit, ac Leges dedit. Quæ o-
mnia eo tendunt, vt valetudinem negligas, ac
Fructus & effe-
& effe-
ctus vita corrumpas, vt Febres, vt Podagras, vt Vlce-
Aulice. ra, ac Peste contrahas.

Sed iam, credo, satisfecisse, & tuae, Ca-
ste, petitioni, & meo in te studio, quo ma-
gis ad

gis ad seruitutem remittas iam me: atque
audin sonare æs illud, quod me dixi ad of-
ficium vocaturum?

Cast. Audio, sed breuiter adde, aliquid
si restat, Epilogi in modum.

Mis. Quid vis addam? nisi vt moneam,
quo Mare illud tot modis suspectum fu-
gias ac vites: Ne ynquā Nauigationi te com-
mittas, tam periculosę, tam exitiosę: Ne
in rebus adeo dubijs, adeo incertis, spem
ponas: Ne tibi pedicas induas, ac sponta-
neam vltro seruitutem acceras, in qua
postea miser cum sis, non identidem sis
miserabilis, cum talis esse volueris, & ex
miseria voluptatem tibi petendam duxer-
is: Ne te ex commodiore vita in has Tem-
pestates, has Procellas, vnde emergere diffi-
ciliū sit, abiicias: Ne ab animo exu-
les, & in his afflictionibus immunitatē
ne quæras: vt memineris libertati renun-
ciatum, vt primum in Aulam te manci-
paueris; nisi seruus non est, aut captiuus
non est, qui vnam domum egredi, citra
præscriptum, non audet: Omnino, vt
longum valere dicas Aulæ, in qua corru-
pta sunt omnia, ὅνδεπνύις: vbi difficul-
tates miræ obijciuntur, Arcana reticere, O-

K cium

HVLRICI HVT TENI

cium rectè disponere, Iniurias tolerare; Vbi alijs opera impenditur, sibi malum accersitur; Vbi optimum quod habemus, frustra Tempus conterimus. Tandem vide huic inuenustæ venustati ne te capiendum prebeas; quo ne foris iucundissime demulctus, intus acerbissime traeteris, denique misere subuertaris. Nam quid refert, aureis te catherinis vincitum quis, an ferreis detineat? Aut aliquid refert, à quo metallo piscis trahatur? In summa, *Vt MARE esse memineris Aulam:* De me, vt ab isto naufragio enatem, videro.

Cast. Dabo equidem operam, ac tibi multa libe~~a~~ter debeo, qui me in tempore monueris.

Mif. Tibi ego gratiam vicissim habeo, quod me non oscitanter audiueris. Sed iam eundum est, tu vale, ac in longum vale, & extra Aulam vale.

Cast. Et tu vale, ac liber esto.

Mif. Quod Dijs videatur, Caste. Sed ecce, Velinū video reuerti à Principe, quem de salario persoluendo monitus, hodie accessit. Interrogabo, quod responsum tulerit. Heus tu Veline; Audin Veline?

Anno

A V L A.

74

ANNO DOMINI, M. D. XVIII.
Lypsiæ excudebat olim Valentini-
nus Schuman, Cum pri-
uilegio Impe-
riali.

K 2 LVCIA-



LVCIANVS SA-

MOSATENSIS:

DE IIS, QVI
MERCEDE CONDV-
CTI, IN DIVITVM FA-
milijs viuunt.

ERASMO ROTERODAMO
interprete.

ARGUMENTVM, AVTORE IACO-
bo Moylo, Scholæ Francofurtensis
olim Rectore.

AVLICÆ vitæ molestias, & in-
commoda, oratione hac depingit
Lucianus, quamq; indigna ea sit
homine præsertim docto, & liberaliter in-
stituto, exponit: confutatis etiam causis yis,
quibus se fuentur, qui hoc vita genus se-
ctantur, & in seruitutem ultrò se præcipi-
tant.

Exordium ab attentione incipit, ampli-
fican-

sciendo rei magnitudinem, fidemq; facien-
do dictis, ab eorum persona, qui in eadem
vita aliquandiu vixerunt. Mox & bene-
volentiam captat Timoclis eius ad quem
scribit, ab officio amiciciae, indicans se hæc
propterea illi scribere, ut quia illū iam olim
de hac vita suscipienda, consilia agitare in-
tellekerit, ne quid olim, si res male cadat, &
illum consilijs sui pænitere incipiat, accusare
se posse, ut à quo admonitus, aut reuoca-
tus non fuerit: præsertim quando sciat hanc
vitam non modo per se difficilem atque pe-
riculosam esse, verum etiam homini Philo-
sopho, aut quocunq; deniq; disciplinarum
genero docto, minime conuenire.

Exordio in hunc modum peracto, confu-
tationem statim subiungit earū causarum,
quibus se tueri solent, qui hoc vitæ genus
ultrò amplectuntur. Diluit autem omnes
eas per inuersionem, ostendens ea maximè
vel sequi, vel negari, que illi cum primis e-
xitare, vel consequi student: ac postremo et
iam turpe esse homini docto & ingenuo, ob

ARGUMENTVM.

solam spem voluptatis alicuius, in voluntariam seruitutem sese dare. Atque hinc iam ad ipsam rem accedit, propositis per divisionem ijs, de quibus dicturus sit.

Tironis

aulici

molestiae.

Principio igitur recenset quanta incommoda, quantoq; molestia preferenda sint,

- I. *Antequam in Aulam recipiari. Deinde, quae & quanta toleranda, atque adeo denoranda, ubi iam receptus fueris, Circa prima coniuicia: Circa actionem mercedis: Circa seruitutem reliquam, quae mox exceptum atque perdomitum, paulatim in Contemptum adducit, & ad Adulandum impellit: præterea & Metu periculisq; inuoluit: ob quæ varie exinde querela, & vita mutata Pœnitentia sequuntur.*
- VII. *Atque hæc omnia non domi solum perferenda esse indicat, verùm etiam Foris, ubi interim multò fôrdidiora ministeria imponuntur, etiam à Mulieribus, quibus aquæ ac viris Adulandum est. Posthac & Circa munerum Compensationes, quo pacto nuncij ac dispensatores conciliandi, & Circa mer-*
- II.
- III.
- IV.
- V.
- VI.
- VIII.
- IX.
- X.
- XI.
- XII.

mercedis solutionem, quanta cum molestia
exigenda illa, quantaq; aliorum etiam inui-
dia accipienda sit: & postremo, quam igno-
miniosi Exitus plerosq; maneant, senes iam
& exhaustos, cum clam aut turpiter ab Au-
la profugiunt, aut reiiciuntur.

xiii.

Quæ omnia ad finem, velut in tabella
quadam proposita, breui sed eleganti admo-
dum imagine depingit, & ob oculos ponit,
amplificatis etiam in media passim ora-
tione ys, quæ maximè vrgere
aut commendare
voluit.

K 4 LVCIA-

DE VITA AVLICA,

LVCIANVS,
AD TIMO-
CLEM.

Ecquid tibi primum, amice, aut quid postremum, quemadmodum vulgo dici consuevit, recenseam, ex his quæ tum facere, tum pati coguntur, qui mercedis gratia sese in alienas domos, conuictumque trahunt alienum, quique in locupletum istorum amiciciam accensentur; si modo eiusmodi illorum seruitutem conuenit amiciciam appellare? Noui enim permulta, atque adeo pleraque omnia, quæ illis ibi soleant accidere, non, per Iouem, quod ipse ea experimento cognòrim, (neque enim mihi vñquam experiundi incidit necessitas, ac ne quando incidat, Diij prohibeant) sed quod complures, qui in hoc vitæ genus inciderant, apud me soliti sint commemorare: partim qui in ipsis etiam tum malis constituti, quæ & quanta ferrent, deplorabant: partim qui tanquam è carcere quodam profugi, non absque voluptate recordabantur, commemorabantque ea, quæ fuerant perpetsi. Imò iuabat

uabat reuocare ob oculos, quas ærumnas effugissent.

Atque hi quidem digniores mihi visi sunt, quibus fides haberetur: ut qui eius sa-cri ritus (ut ita dixerim) omnes omniaq; mysteria perdidicissent, cunctaque ab ini-tio ad finem usque perspexissent. Hos igitur haudquam indiligenter, nec osci-tanter audire soleo, veluti naufragium quoddam, ac præter spem objectam salu-tem enarrantes. Cuiusmodi sunt isti, qui in templis dera so capite, complures simul obambulantes, immanes vndas, procel-las, sublatos in cœlum fluctus, iactus, ma-los fractos, gubernacula reuulsa narrant. In primis autem geminos Castorem & Pollucem apparentes (nam hi peculiari-ter ad hanc Tragœdiam pertinent) aut alium Deum quempiam repente, quem-admodum in fabulis fieri conuenit, exor-tum, summisque antennis insidentem, aut iuxta clavum adsistentem, qui nauim ad littus aliquod molle dirigeret, ad quod appellens futurum esset, ut & ipsa paula-tum ac lente solueretur, & ipsi tuto in so-lum descenderent, idque ope fauoreque diuino. Atque isti igitur permulta id ge-nus ad præsentem commoditatem exag-

DE VITA AVLICA,

gerantes, commemorant, quo videlicet à pluribus stipem accipient: si non calamitosi modo, verum etiam Dijs chari esse videantur.

Porro ij dum eas quas in tectis tulerunt tempestates referrent, atque immanes illas vndas, quin etiam decumanos fluctus, si fas est dicere; & quemadmodum primum à littore soluerint mari tranquillo, quantumque molestiarum perpetua nauigatione sint perpessi, dum sitiunt, dum nauseant, dum salo perfunduntur: Denique quemadmodum infelici nauigio in cautem quampliam sub vndis latentem, aut in scopulū aliquem præruptum, & alperum illiso fractoque, miseri ægrè enatārint nudi, cunctarumque rerum inopes: Hæc inquam quum referrent, mihi quidem visi sunt permulta præ pudore subticere, volentesque ac scientes obliuisci. At ego etiam illa, præterea autem & alia nonnulla, ex illorum narrationibus coniectans, deprehendi quicquid ærumnarum cum eiusmodi coniunctibus coniunctum est. Quæ quidem omnia haud grauabor, optime Timocles, tibi percensere. Iam pridem enim mihi videor animaduertisse, te de capesenda

senda hac vitæ ratione cogitare.

Nam olim quum his de rebus sermo in-
cidisset: mox ex his, qui præsentes erant,
quispiā mercenarium hoc vitæ genus lau-
dare cœpit, fortunatissimos eos affirmās,
quibus contigisset horū vti familiaritate,
qui apud Romanos essent optimates; tum
conuiuijs adesse opiparis, idq; immunes:
præterea splendidis in ædibus diuersari;
tum peregrinari omnigena cum cōmodi-
tate voluptateq; alba interim in rheda (si
fortè libeat) resupinatos. Insuper ob hanc
amiciciam, obq; cōmoditates quibus af-
ficiuntur, etiam mercedem capere: id verò
non mediocre videri. Istis enim haud du-
biè citra sementem ac culturam (quod a-
iunt) cuncta prouenire.

Hæc igitur atq; id genus alia quum au-
dires, animaduerti quemadmodum ad ea
inhaueris, quamque audè ad escam os a-
pertum porrexeris. Proinde ne quid mihi
certè in posterum possis imputare, neque
expostulare queas, quod quum te con-
spiceremus tantum vnā cūm esca deglu-
tientem hamum, non reuocaremus, ne-
que priusquam in guttur demergetur,
reuulserimus, neq; præmonuerimus, ve-
rum posteaquā cessassimus, donec eo iam
adacto

DE VITA AVLICA,

adacto atque infixo trahi iam , ac vi duci
conspiceremus , tum quum nihil opis af-
ferri possit, frustra adesse nos atque illa-
chrymari. Hæc, inquam, ne quando pos-
sis dicere , quæ si dicantur, meritò profe-
ctò dicantur , neque à nobis refelli pos-
sent, quo minus peccasse videremur , vt
qui prius ista nō indicassemus ; audi nunc
ordine omnia.

Ac rete quidem ipsum cuiusmodi sit,
quamque nullum habeat exitum , non in-
tus medijs in sinibus inuolutus , sed foris
tutò , atq; per ocium ante contemplator-
vnciæris aculeum , reflexam hamaciem ,
ac tridentis cuspides manu tentans , mala-
que admotas experiens. Quod nisi vehe-
menter acuta , nisi sic illigātia , vt effugien-
di nulla sit facultas , nisi dira yulnera fa-
ctura videantur , acriter trahentia , & in-
explicabiliter retinentia ; nos quidem in-
ter formidolosos , atque ob id etiam pau-
peres , famelicosque asscribito : ipse verò ,
sumta fiducia , venatum istum , si videtur ,
aggressor , Lari in morem totam escam
hiatu deglutiens. Atque in yniuersum qui-
dem forsitan tua causa omnis hic sermo
dicetur. Quanquam non solum de vobis
Philosophis , aut his quicunque vita insti-
tutum

tutum sibi delegerunt cum virtutis studio coniunctius, verum etiam de Grammaticis, Rheticis, Musicis; breuiter de omnibus, qui in doctrinę professione versari, quæstumq; facere proposuerunt. Ceterum quum omnia sint inter istos communia, eademq; prorsus accident omnibus, palam est Philosophorū cōditionem non esse à reliquis eximiam. Imò hoc illis turpius ista contingere, quum sint cum alijs communia, si ij, qui conducunt, non alijs præmijs eos quā reliquos dignos iudicent, nihiloque magis quam cæteros in honore habeant.

Sed quicquid erit, quod narrationis series aperiet, eius culpam potissimum in ipsos conferre parest, qui eiusmodi faciunt, deinde in eos, qui talia sustinent. Ego vero culpari non debeo, nisi forte veritas & libertas in commemorando reprehensionem mereatur. Ac reliquum quidem hominum vulgus, puta palæstricos quospiam, aut adulatores imperitos, sordido-que animo, ac suopte ingenio humiles, & abiectos homines, ne operæ premium quidem fuerit, ab eiusmodi coniunctu dehortari, quippe nequaquam obtemperaturos; neq; rursus æquum sit illis vitio vere,

DE VITA AVLICA,

tere, quod nō relinquant suos conducedores, etiam plurimis ab illis contumelijs affecti. Sunt enim ad eam vitæ rationem accommodati factique, neq; ea videlicet indigni. Præterea ne habeant quidem aliud quippiam, ad quod sese conuertant, & in quo sese exerceant, adeò vt si quis eam vitam illis adimat, ignauit illicò, consilijque inopes, desidiosi atque inutiles redantur. Quamobrem nec ipsi rem aliquam indignam patientur, nec illi contumeliosè facere videantur, si (quod a iunt) in matellam imminxerint. Etenim ad eas ipsas contumelias iam inde initio præparati, conferunt sese in familiam, atque hæc sola illis ars suppetit, ferre & perpeti quicquid acciderit.

Cæterum eruditorum nomine, de quibus institueram loqui, meritò indignandum, enitendumque, vt, quām maximè fieri potest, eos inde reuocatos, in libertatem vindicemus. Videor autem rectè facturus, si quibus de causis se quidam ad hoc vitæ genus conferunt, eas causas excussero, parumque idoneas, atque efficaces esse demonstrauero. Siquidem eo pacto omnis illis præcipietur excusatio, summusque ille titulus, quo suam spon-

spontaneam seruitutem solent obtexere.

Iam igitur plerique paupertatem, & *Cause*
rerum necessiarum inopiam propo-*seruitu-*
nunt: atque eam umbram satis idoneam *tus Auli-*
existimant, qua suum factum prætexant, *cæ.*
quod vltro ad eam vitam accesserint. Ac
sibi sufficere credunt, quū aiunt, se quid-
dam ignoscendum facere: qui id, quod
est in vita molestissimum, nempe pau-
pertatem, studeant effugere. Postea in
promptu Theognis, atque illud pluri-*Pauper-*
mum in ore: *tatis fu-*

Nam quemcunq; virum paupertas enecat.

Et si quæ alia terricula abiectissimi qui-
que Poëtæ de paupertate prodiderunt.
Evidem si viderem, ex huiusmodi con-
victu, paupertatis effugium aliquod ve-
rè contingere, non admodum anxiè cum
eis de vehementer amplectenda liberta-
te disceptarem. At posteaquam eiusmo-
di quædam accipiunt, cuiusmodi sunt
ægrotantium alimenta (quemadmodum
egregius ille dixit Orator) qui queant ef-
fugere, quo minus in hoc ipsum parū rectè
sibi consuluisse videantur, nimirū semper
illis manente eodem vitæ illius argumen-
to? Sēper enim manet paupertas, semper
acciendi necessitas, nihil q̄ seponatur,
nihil

DE VITA AVLICA,

nihil superest quod reseruetur. Verum
quicquid datum fuerit, vt detur, vt vni-
uersum etiam capiatur, prorsus omne in-
sumitur, ita tamen, vt ne id quidem in usus
sufficiat.

Rectius autem futurū fuerat, si nequa-
quam causas eiusmodi comminisceretur,
quæ paupertatem seruant, aluntque, at-
que eatenus duntaxat opitulantur, ve-
rum quę illam tandem aliquando tollant.
Ac forsitan tibi hoc volebas Theogni,
quum dices eas in altum mare, ac præ-
ruptis de scopulis præcipitem dari opor-
tere. Quod si quis semper pauper, semper
egens, cum semper mercede conductus
mereat, hoc ipso sese arbitretur aufugisse
paupertatem: non video qui fieri pos-
sit, quo minus hic ipse sese fallere videa-
tur.

2. Rursum alij negant sese paupertatem
Cōditio- formidaturos, si modo reliquorum ho-
ni vitæ, minum in morem possint suo labore, suā-
seu etatis que industria sibi vietum suppeditare. At
aut vale- nunc sibi fractas esse corporis vires, seu se-
tudinis 'nio, seu morbis: eoque ad eam vitam mer-
infirmi- cenariam, facilem videlicet atque com-
tati, con- modam, configere.
fulere. Age igitur, inspiciamus num vera præ-
dicent,

dicent, & num ea, quæ dantur, ex facili il-
lis suppetant, non multo, neque adeò ma-
iore labore constent, quam vulgo sius vi-
ctus. Nam id quidē etiam votis experen-
dum, uti citra laborē, citra sudorem, nullo
negotio paratum argentum accipias. Ve-
rum quam hæc absint à vero, istud profe-
cto, ut dignum est, ne dici quidem satis po-
test: tantum laborum, tantum sudorum in
eiusmodi conuictibus exhauriendum, vt
hic ne valetudo quidem ad id par sit, quip-
pe quum quotidiè sexcenta nō desint ne-
gocia, quæ corpus conficiant, adq; extre-
mam ysque defectionem delassent. Verum
hæc suo loco dicemus, quum etiam reli-
quas illorum incommoditates comme-
morabimus. In præsentia sat erat osten-
dere, qui se aiunt hac de causa in seruitu-
tem addicere sese, ne istos quidem vera di-
cere.

Supereft iam vt eam causam referamus, 3.
quæ quidem vt est verissima, ita ab illis mi- *Diuitia-*
nime profertur. Nempe ipsos voluptatis *rum vo-*
gratia, & amplis illis spebus incitatos, vlti- *luptate*
trò inuadere familias diuitium, auri argen- *frui.*
tiique vim & copiam admiratos: præterea
quod felices sibi videantur ob conuiua,
teliquas eius vitæ delitias: sperantes futu-
rum,

DE VITA AVLICA,

rum, uti mox, nemine vetante, assatim auctum bibant. Haec nimirum sunt, quae illos adducunt: atque ex liberis seruos constituant. Non rerum necessariarum usus, quem prætexebant: sed rerum non necessariarum cupiditas, atque ingentium illarum & ampliarum opum admiratio. Enimvero quemadmodum miseros istos, atque infelices amantes, callidi quidam & veteratores amarum receptant & fastidienter ducunt, lactantque videlicet, quo iugiter amantes, ambiant ipsos, atque inferuantur. Ceterum ex amoris fructu, ne summo quidem osculo impertunt. Intelligunt enim copia facta dissoluendum amorem, id igitur ne fiat, præcauent, diligenterque sui copiam subtrahunt. Alioqui spe semper retinent amantem: metuentes, ne desperatio minuat cupiditatis ardorem: amantemque ab se alienet. Proinde semper arrident, pollicenturque, semper futuri sunt, semper gratificaturi: semperque ingentium sumptuum rationem habituri: donec imprudentes ambo senuerint, atque utriusque iam præterierit ætas: huic ad amandum, illi ad dandum. Atque ita omni vita nihil illis peractum est, ultra spem meram.

Atqui

Atqui voluptatis cupiditate nihil non ferre, id quidē forsitan non vsque adeo vi-
cio vertendum: quin magis venia danda, si
quis voluptate capiatur, & hanc vndequa-
que cōfsectetur, quo possit ea potiri: quan-
quā turpe forsan ac seruile, si quis ea gra-
tia semet in ius tradat alienum: propterea
quod voluptas, quæ ex libertate percipi-
tur, multo suauior est, quam ea, quam ille
libertatis ia&ctura se&tatur. Attamen hoc
quoque aliquo pacto ignoscendum illis
fit, si modo consequantur. Verum enim
uero ob solam voluptatis spem, multas
perferre molestias, equidem & deridicu-
lum arbitror, & stultum: maximē quum
videant labores certos esse, manifestos &
inevitabiles: porrò illud quod speratur,
quod quidē nihil aliud tandem est, quam
voluptas, ne tam longo quidem tempore
contigisse.'

Præterea autem, nec verisimile videri,
vt contingat aliquando, si quis modo rem
recta reputet via. At Vlyssis quidem so-
cij, dulci quadam gustata loto, reliqua
negligebant, ac præsenti voluptate de-
limiti, honesta contemnebant, vt non
prorsus cum ratione pugnârit in illis ho-
nestatis obliuio: nimirū animo voluptatis

DE VITA AVLICA,

illius sensu occupato. Verum si quis faneticus alij cuiquam loto sese ingurgitanti, neque quicquam inde impertienti, assistat, idque solam ob spem, quod credit fore, ut & ipsi aliquando degustandam lotum porrigat: assistat, inquam, ad hunc modum, recti atq; honesti oblitus, Dij boni, quam hoc ridiculum, planeque verberibus quibusdam Homericis dignum.

Ergo quæ istos ad diuitium conuictum adducunt, & quibus impulsu sese illis dedunt, ad quodcunq; lubitum fuerit uten-

4. dos, hæc sunt, aut his fermè similima. *Gloria & cū si* si quis & illos commemorandos esse in-
puditas. dicat, quo hæc vna res ad id commouet, quod gloriosum arbitrantur, cum illistribus atque opulentis viris habere consuetudinem. Sunt enim qui hoc quoque præclarum ac magnificum supraque plement existimant. Nam ego quidem, quod ad me propriè attinet, recusarim vel cum Persarum Rege coniuere duntaxat, conuictorque videri, si nullus ex eo conuictu fructus ad me redeat.

Proposi- Quum itaque causa eius vitæ suscipien-
tio sequē dæ sic illis habeat, age iam consideremus
tis oratio apud nosmet ipsos, primum, cuiusmodi
nis. sint illis preferenda, priusquam admittantur,

vantur, priusquam obtineant: Deinde eiusmodi in ipsa iam vita constituti patiantur: Postremo quæ tandem catastrophe, quis fabulæ exitus illis contingat.

Neque enim illud dicere possunt; hæc tametsi molesta sint, tamen assuesci facile, neque ad id multo opus esse labore, sat est se si velis modo: postea reliqua omnia facta fore facilia. Imò necesse est, ut primum diu sursum ac deorsum cursites, manè ex citatus assiduè pro foribus obuerseris, ut perdures, quum protruderis, quū excluderis, quum improbus interdum atq; importunus vidēris: cùm Ianitori malè syrisanti, ac nomenclatori Libyc subijceris, quumque nominis tui memoriam mercede redimere cogeris. Quin etiam vestitus tibi est apparandus supra tuæ rei facultatem, pro dignitate eius cuius coniunctum ambis, diligendus color, quo ille potissimum gaudeat, vti ne discrepes, néue oculos illius offendas. Postremò vti gnauiter affectere necesse est, vel antecedas potius, a famulis protrusus, ac veluti pompam tio, quandam expreas. at ille interim complures iam dies ne aspicit quidē te, Quod si quando res tibi felicissimè verterit, si te Salutatespexerit, si accersiuerit, dixeritq; , quic-

L 3 quid

DE VITA AVLICA,

quid illud fuerit, quod illi fortè in buccā
venerit, tum deniq; tum plurimus sudor,
tum multa oculorum caligo, tum intem-
pestiua trepidatio, tum fannæ eorum, qui
adsunt, hæsitantiam tuam ad perplexita-
tem ridentium. Qua quidem non raro
accidit, vt quum oportuerit respondere,
quis fuerit Rex Achiuorum, mille naues
illis fuisse respondeas. Atque id, si qui
sunt modesti, pudorem vocant, immode-
sti timiditatem nominant: improbi in-
scitiam. Ita fit, vt tu primam hanc diuitis
comitatem tibi periculofissimam exper-
tus, ita discedas, vt tantam animi tui im-
becillitatem ipse condemnes. Porrò vbi
multas iam noctes insomnes duxeris, vbi
plurimos dies cruentos egeris, haud qui-
dem Helenæ gratia, (per Iouem) neque
ob Priamëia Pergama, verum spe quin-

3. que obulorum; contigerit autem & Deus
Explora- quispiam tragicus, qui tibi sit auxilio, iam
tio vite. illud restat, vt exploreris exutiarisque,
num literas noris. Atque ea quidem dif-
ceptatio non iniucunda est ipsi diuiti,
quippe qui laudatur interim, ac felix es-
se prædicatur. Cæterum tibi videtur, de
vita ipsa, deque omni fortuna tum certa-
men esse paratum, propterea quod tibi
venit

venit in mentem, idque meritò, futurum
vt te alius nemo sit admissurus, si prius ab
hoc reiectus ac repudiatus videare. Inte-
rim in varias curas distraharis oportet:
dum innides ijs, qui pariter ex æquo te-
cum examinantur. Finge enim & alios
esse, qui eiusdem fortunæ tibi sint com-
petitores; te verò tibi videri cuncta pa-
rum absolutè respondisse, metuentem
interim simul & sperantem, ac miserè de
illius vultu pendentem: qui si quid pa-
rum probet eorum quæ dixeris, peristi.
Sin arridens auscultat, hilarescis & spe-
bona fultus consistis. Porrò consenta-
neum est, esse non paucos, quæ tibi aduer- Compe-
tentur, atque alios in tuum locum velint titorū in-
ducere. Horum unusquisque clancu- uidia &
lum velut ex insidijs in te iaculatur. Iam delatio-
verò illud considera: quale sit virum pro- nes,
missa barba, cana coma, examinari, nun-
quid bonę rei didicerit, & alijs quidem di-
dicisse videri, alijs secus. Superior interim
vira, & omnis anteacta ætas tua curiosius
disquiritur. Quod si quis aut ciuis inui-
dia, aut vicinus leui quapiā de causa pro-
vocatus, te deferat, & adulterum dicat,
vel pæderasten: is protinus, iuxta vetus il-
lud prouerbium, ex Iouis tabulis testis,

DE VITA AVLICA,

Porrò si pariter omnes benè de te prædcent, suspecti, leues, ac largitione redempti videbuntur. Nam admodum omnia tibi constent oportet: Nihil prorsus sit, quod tibi queat obsistere; alioqui nunquam obtinueris.

Age sanè, hoc quoque contigit, ac bona quapiam fortuna cuncta tibi feliciter cesserunt, & probauit ipse doctrinā tuam, & amicorum præcipui, quibusque ille huiusmodi in rebus plurimam habet fidem, non dehortantur. Ad hæc vult etiam vxor. Non referatur domus præfectus, neque item dispensator. Nemo tuam insimulauit vitam, dextra omnia, & omni ex parte bene promittunt sacra. Vicisti igitur, ô fortunate, & coronatus es olympia. Quin Babylonem magis cepisti, aut Sardium arcem occupâsti. Habebis copiæ cornu, & gallinaceum lac emulgebis: iam sanè par est, vt aliquando præmia capias, maxima videlicet, & quæ laboribus tantis respondeant, ne corona tua frondea duntaxat fit, simul vt merces handquaquam contemnenda præstituatur, eaque commode ad usum citraq[ue] negocium persoluatur, vtque reliquus item honos tibi præter ministrorum vulgus suppeditetur. Ceterū

à la-

à laboribus illis, à luto, à cursitationibus,
à vigilijs, in ocium te recipias, vti, id, quod
vulgo solent optare mortales, porrectis
pedibus dormias, nihilque iam facias pre-
ter ea sola, quorum gratia primum rece-
ptus es, & in quæ conductus: ita enim con-
sentaneum fuerat Timocles, neq; ingens
malum erat futurum, si quis subdita cer-
uice ferat iugum, leue nimirum, & porta-
tu facile, quodq; est omnium maximum,
auro illitum.

Atqui longè secus res habet, imò nihil
horum reperietur. Siquidem in medijs i-
psis id genus conuietibus, sexcentę res ac-
cidunt, viro ingenuo neutiq; am toleran-
dæ. Quæ quum audieris, ipsæ tecum or-
dine reputato, num quisquam ea perpeti
queat, cui quidem cum eruditioне vel mi-
nimum commercij fuerit. Exordiar au- II.
tem, si videtur, à primo conuiuio, vnde *Quæ ini-*
consentaneum est, te consuetudinem il-pſa Aula
lam auspicaturum. *receptis*

Priūm igitur, adeſt tibi quispiam, qui iam tole-
te iubeat ad conuiuum accedere, famu-randa
luis non incomis, qui tibi prius placan-sint.
dus, datis in manum (ne videarisi inciui-Cōuiua-
lis) vt minimum quinque drachmis. At aulica.
ille acciſſans, ſequē quum maximè cupiat,

L 5 cupere

DE VITA AVLYICA,

cupere dissimulans: Apage, inquit, Egōne
quicquam abs te? Addit & illa, absit, Dij
prohibeant. Tandem flectitur atq; obtē
perat, ac discedit, te latē diducto rictu sub-
fannans. Tu porrò nitida sumpta veste,
mundissimeq; cultus, lotus accedit, soli-
citus interim, ne prior alijs aduenias: nam
id inurbanū, quemadmodū postremū ve-
nire, graue. Proinde media inter vtrunq;
obseruata oportunitate ingrederis, teque
sane quā honorificè excipiunt. Tū arrepta
manu te quispiā iubet accumbere, paulò
supra diuitē, inter duos fermē veteres ami-
cos. At tu perinde atq; in Iouis ēdes vene-
ris, nihil non admiraris, & ad omnia, quæ
geruntur, suspēsus inhias, propterea quod
noua tibi atq; īuisa sint cuncta. Interim
familia te spectat, omnesq; qui præsentes
sunt, quid agas obseruant. Neque verò ca-
res curæ non est ipsi diuiti, quippe qui fa-
mulis aliquot præmonitis negotiū dede-
rit, vt oculis obseruent, quemadmodū te
geras in pueros aut in vxorē, num subinde
ex obliquo respectes. Ac reliqui quidē cō-
uiuæ, simulatq; te vident propter imperi-
tiam ad ea, quæ fiunt, attonitū, ac stupefa-
ctum, derident clanculū, coniectantes te
nunquā antea apud alium quempiam cœ-
nāsse,

nāsse, nouumq; tibi esse, vt mantile apponatur. Proinde, sicuti verisimile est, prē hēsitantia sudes oportet, ac neq; cum sitias, audeas potū poscere, ne vinosus videare; neq; varijs appositis obsonijs, & in ordinem quendam extructis, scire posses, cui prius aut posterius manum admoueas. Quare ad eum, qui proximus accumbit respectes necesse est, atque eundem imitatus, conuiuij rationem & ordinem discas. Alioqui anceps sedes, & varians, animoq; penitus perturbato, & ad omnia, quæ illic geruntur obstupescens. Atq; interim quidem, diuitis admiraris felicitatē propter aurivim & eboris, tantasq; delicias. Interim tuam ipse deploras infelicitatem, qui quum nullius sis rei, tamen viuere te credas. Nonnunquam & illud in mentem venit, fore vt admirandam & expetendam quandam viuas vitam, quippe qui sis omnibus delicijs illis fruiturus, cūctorumque ex æquo futurus particeps. Arbitraris enim te semper bachanalia festa celebraturum. Quin & Adolescentuli formosí præministrantes, ac silentio arridentes, suauius in posterum hoc vitæ genus pollicentur, vt Homericum illud nunquam definas in ore habere.

Haud

DE VITA AVLICA,

Haud yitio verti debet si Troia pubes,
Armatig₃, simul Danai, sub Marte laborum
Ponderatantaferant,

Ob tantam videlicet felicitatem. Accedunt ad hęc inuitatiunculę ad bibendum. Ac postulato perquam ingenti scypho quispiam, præbibit tibi, præceptorem, aut aliud quiddam denique te appellans. At tu recepto scypho, quid vicissim oporteat respondere, propter eiusmodi morum imperitiam ignoras, iamque rusticus, & inelegans esse videris. Cæterum ea propinatio multorum veterum amicorum inuidiam in te concitauit, è quibus nonnullos iāndudū tuus accubitus clanculum vrebatur, quod modo cum adueniris, ijs anteponare, qui multorum annorum seruitutem exhauserint. Protinus itaque talia quædam de te inter illos dicta feruntur: Illud scilicet malis nostris derat, vt etiam ijs qui nuper in familiā comigrarunt, posthabeamus. Et solis Græculis patet vrbs Romana. Et quid habent, quamobrem nobis debeant anteponi? Num mirificam quandam utilitatem adferre videntur, quum verbula quædam misera dicunt? Rursus alius, hæc: An non vidisti, quantum biberit, quemadmodum cibos

cibos appositos audiē corripiens deuorā-
rit? Homo inelegans, ac fame enectus,
qui ne per somnium quidem vñquam fue-
rit albo pane saturatus, multo minus ali-
te Numidica, aut Phasiano, è quibus no-
bis vix ossa reliqua fecit. Porrò tertius, fa-
tui, inquit, priusquam quinque abeant di-
es, videbitis hunc nihilo pluris fieri quam
nos. Nam nunc quidem non secus atque *Noui Au-*
calcei noui solent, in precio est, & habe- lici, vt
tur charus: verum vbi crebro iam fuerit noui cal-
calcatus, lutoque deformatus, tum mise- cei, cari.
rè sub lecticā abiijcietur, cimicibus, quem-
admodum nos, oppletus. Atque inter il-
los talia permulta de te iactantur. Ex qui-
bus aliquot iam tum etiam ad calumnian-
dum insimulandumque te incitantur. O-
inne igitur illud conuiuium tui plenum,
ac plerique de te sermones. Tu verò pro-
pter insolentiam atque insuetudinem plus
quam sat est, hauris vini tenuis & acris,
eoque iam dudum aluo tibi cita discretia-
ris: verum neque decorum tibi ante alios
è conuiuio discedere, neque rursum ma-
nere tutum.

At producta interim in longum pota- *Potatio-*
tione, dum sermo aliis ex alio nascitur, *nes attili-*
dum spectacula alia post alia proferuntur cæ.

in con-

DE VITA AYLICA;

in conuiuum (nam vniuersum fortunæ
suæ strepitū tibi cupit ostentare) non me-
diocriter discruciaris, cui non liceat, neq;
videre quæ geruntur, neque auscultare, si
quis voce cytharâve canat egregiè dile-
ctus adolescentulus. At laudas tamen in-
uitus: cæterum animo illud optas, vt aut
terræmotus repens ortus ea cuncta discu-
tiat, aut incendiū aliquod renūcietur, quo
simul cōuiuiū tandem aliquādo dirimatur.

Habes amice primū illud scilicet & sua-
nissimū conuiuiū, quod mihi quidē haud-
quaquā suauius sit cepis, candidoq; sale,
liberè quū velim ex his, & quantū velim, e-
denti. Verū ~~at~~ ne tibi commemorē ructus
acidos, qui deinde sequūtūr, vt ne nocturnos
vomitus, mane vobis erit de mercede
pacto transigendum, quātum & qua anni
parte te oporteat accipere.

III. Ergo præsentibus duobus aut tribus a-
Pactio micis, accersito te, & cōsidere iusso, sic lo-
mercedis qui incipit: Facultates nostræ cuiusmodi
sint, iam perspicere potuisti, quā nullus in
his fastus, sed citra ostētationē, moderata
ac popularia omnia, sed mediocria omnia
ac plebeia. Sic autē animū inducas velim,
vt existimes omnia nobis fore cōmunia-
Nā ridiculū profecto, si quū charissimam
posseſ-

possessionū mearum partem, puta mēam
 ipsius vitam, aut (per Iouēm) liberorū et
 iam (si fors illi liberi fuerint erudiēdi) tibi
 credam, non aliarū item rerum te mecum
 ex æquo dominum ac possessorem existi-
 mem. Cæterum quādo certi quippiam est
 præfinendum, euidē video vitæ tuæ fru-
 galitatem, & animum paucis contentum.
 Neq; non intelligo haud mercedis addu-
 ctum spe, te in nostram venisse familiam,
 verum aliarum gratia rerum, puta nostræ
 in te benevolentia causa, tum honoris, qui
 tibi præter omnes continget. Attamen
 præfinendum est aliquid. Quin ipse ma-
 gis quod videbitur statuito, habita ratio-
 ne, vir amicissime, munerū etiam illorum
 quæ quotannis festis diebus à nobis acce-
 pturus videris. Neque enim vel ista nobis
 fuerint neglectui futura, etiam si nunc
 hæc pactione non complectamur. Scis au-
 tem complures per annum eiusmodi mu-
 nerum occasiones incidere. Horum igi-
 tur habita ratione, moderatius nimisrum
 præmium nobis præscribas. Præterea de-
 cet etiam vos homines eruditos, pecu-
 niā negligere. Hæc ille dicens, totumq;
 te varia spe labefactans, mitem sibi ac tra-
 ctabilem reddidit.

Tu

Tu porrò, qui dudum talenta, ac multa
nūmūm millia somniaras, solidos agros,
& familias, sentis quidem tacitus apud te
hominis fordes ac parsimoniam: nihilō-
minus blanditur tibi pollicitatio tamen,
atq; illud: Communia futura sunt omnia,
ratum & verum fore arbitraris, ignarus e-
iusmodi dicta, summis è labijs, non imò è
corde profecta. Tandem præ pudore ipse
statuendi ius defers. Verum ille facturum
se se negat.

Cæterum ex amicis presentibus quem-
piam in eo negotio veluti medium inter-
cedere iubet, qui salarij modum pronun-
ciet eum, qui neque ipsum grauet, vt cui
plurimas tum alias in res, magis his neces-
farias, sumptus sit faciendus, ne querursus
ei, qui latus est, sit omnino indignus.
Atque is seniculus quispiam, diuitis æqua-
lis, vna cum illo à pueris adulando educa-
tus: Eho tu, inquit, num inficias ire potes,
quin vñus sis, qui hac in vrbe viuunt, o-
minum fortunatissimus, cui primum con-
tigerit, quod plurimis miserè cupienti-
bus, vix à fortuna dari possit: nempe vt in
huius hominis consuetudinem admitta-
ris, vt communes penates habeas, vt in fa-
miliam, inter Romanos primariam, reci-
piaris?

piaris? Id nimirum tum Crœsi talenta,
tum Midæ diuitias superat, si modo mo-
destus esse nôris. Evidē non paucos noui
magni nominis viros, qui cupiſſent, et
iam si quid vltò dandum fuſſet, gloriæ
duntaxat cauſā, cum iſto viuere, & fami-
liares apud hunc atque amici videri. Qua-
propter haud inuenio, quibus modis tu-
am prædicem felicitatem, qui quidem ad
hanc tam expetendam fortunam, etiam
præmio addito admittetis. Proinde mihi
ſatis esse videtur, niſi planè es inſolens, ſi
Tantum accipias: ſimulque pronunciat,
fanè minimū quiddam, præſertim ad ſpes
illæ tuas: attamen boni coſulas neceſſe
est. Neq; enim iam poſſis effugere, quum
intra retia tenearis. Frenum igitur reci-
pis, muſſitans, ac diſſimulans, ac initio
quidem non magnopere illi reluctantans, fa-
cileque ſequeris, vt quod non admodum
te torqueat, neque stringat, donec illi tan-
dem paulatim affueueris:

Tum verò ij, qui foris ſunt mortales,
hoc ipſo nomine tuam fortunā admiran-
tur, quod te conſpiciant intra cancellos
verſantem, ac nullo prohibente introeun-
tem, prorsus præclaris illis opibus delicijs
que domesticum quendam ac familiarem

DE VITA AVLICA,

esse factum. At ipse videre nondum potes, quamobrem illi te felicem existimet, nisi quod gaudes tamen, teque ipse fallis, semper futura meliora fore existimans.

Ceterum contra atque speraris, euenit, & quemadmodum adagio dicitur, iuxta Mandrabuli morem negocium procedit, in singulos (ut ita dixerim) dies, deterins ac retro relabens. Vnde paulatim, velut in luce dubia, tum demum dispiciens intelligere incipis, aureas illas spes, nihil aliud fuisse, quam ampullas quasdam in auratas, labores autem esse graues, feros, inenitabiles, ac perpetuos. Sed qui nam isti sint, forsitan me cogabis. Neque enim video inquies, quid in hac cōsuetudine sit adeo molestum, neque intelligo ista quā memoras grauia atque intoleranda.

III.
Seruitus Audi igitur vir egregie, non molestiam modo negocij perpendens, verum fedetatem, humilitatem, prorsusque seruilitatem, vel præcipue interim considerans. *cōsequē* Principio memineris ex eo tempore, te *conditio-* iam neque liberum, neq; ingenuum posse videri. Noueris enim te hæc omnia, genus, libertatem, progenitores, ante limē *nem ac-* relinquere, quum in huiusmodi seruitu- *ceptam.* tem temetipsum addicens in ædes ingrederis.

deris. Siquidem libertas tibi comes ire re-
cusarit, ad vitam tam indignam, tam hu-
milem te conferenti. Seruus itaq; (tametsi
nomine ipso grauiter offenderis) seruus
inquam, velis nolis, futurus es: neq; vnius
seruus, verum complurium, operamque
seruilem praestare cogeris, obstipo capite,
a diluculo in vesperam usque, idque mer-
cede vili atque indigna. Adde, quod ne
placebis quidem admodum, neque do-
mino satisfacies, neque ab illo magnifies,
ut qui non a puero fueris ad seruitium in-
stitutus, sed sero didiceris, atque aetate
multum aliena coeperis ad id erudiri. Ex-
cruciat autem te pristinæ libertatis me-
moria, animo recursans, facitque ut in-
terdum resiliere conere, relucterisque, at-
que ob id ipsum fit, ut seruitus tibi mole-
stior accidat. Nisi forte illud ad liberta-
tem sufficere putas, quod non fueris Pyr-
rhia, aut Zopyrione patre prognatus: aut
quod non sic, ut Bithynicum aliquod
mancipium, vociferante praecone, diuen-
daris. Atqui tum vir egregie, cum instan-
te nouilunio, Pyrrhijs & Zopyrionibus
immixtus, manum itidem, ut alij seruuli,
protendis, capisq; quodcunq; illud tandem
est, quod datur, haec videlicet est auctio.

DE VITA AVLICA,

Nam præcone nihil opus erat homini, qui ipsus sui fuerit præco, quique ipse vltro sibi multo tempore dominuni ambierit.

Age iam, ô scelestè, (cur enim non dicam, præsertim in eum, qui se Philosophū esse dicat?) si quis te pirata inter nauigandum captum, aut si quis prædo in seruitutem tradidisset, te ipsum deplorares, tanquam indignam fortunę iniuriam patientem. Aut si quis manu iniecta, te duceret in seruitutem afferens, leges inclamares, omnia faceres, acerbè ferres, &c., ô terra, ô Dij, magno clamore vociferareris. Nunc vero, quum ipse te, ob paucos obulos, id ætatis, in qua etiam si seruus natus essem, tamen tempestiuum fuisset, iam ad libertatem aspitare, cum ipsa virtute ac sapientia vltro adductum vendideris, nihil illa reueritus, quæ permulta ab egregio Platone, Chrysippo, Aristotele disseruntur, quum libertatem laudant, seruitutem damnant, an non te pudet, quum inter homines assentatores, & emtitios, ac scurras versans, ex æquo cum illis existimaris, quum in tanta Romanorum turba, solus peregrino in pallio versaris, quumq; Romanam linguam perperam ac barbarè sonas

nas: Præterea, quum agitas conuiua tumultuosa, magna hominum turba conferta, quorum plerique collecticij quidam sunt & improbi? Atque inter hos laudas odiosè, bibisque præter modum: deinde mane ad tintinabulum exercefactus, discussa ab oculis dulcissima somni parte, vna sursum ac deorsum circumcursas, hesterno luto etiamdum tibijs adhærente? Vsque adeone te lupini, aut holerum agrestium tenuit penuria? Vsque adeo tibi defuerunt fontes frigida manantes aqua, vt per desperationē ad ista deuenires? Haud puto. Quin potius palam est, te, non frigidæ aquæ, neque lupini, sed belliorum, atque obsoniorum, vniq[ue] odorati cupiditate captum eò venisse. Quæ dum lupi piscis in morem audius appetis, tuo merito euenit, vt hamus tibi fauces transfixerit. Itaque præsto sunt huius intemperantiae, gulæque autoramenta. Ac perinde atque simia, à truncō reuinctus collo, reliquis quidem omnibus risui es: at ipse tibi delicijs affluere videris, cui contigerit, affatim expleri caricis.

Cæterum libertas, ingenuitas, vna cum ipsis gentilibus ac tribulibus, hæc nimirum euanya cuncta, atque istarum rerum

DE VITA AVLICA,

ne memoria quidem vlla: quanquam hoc quoque ferendum , si vita ista cum hac turpitudine duntaxat esset coniuncta, quod è libero seruum videri facit, non labores etiam accederent, cum illa seruorum colluuiie communes. Sed vide, num quæ tibi imperantur, leuiora sint his, quæ Dromoni aut Tibio mandantur. Nam doctrinæ quidem , cuius rei cupiditate simulârat te in familiam suam accersisse se- se , per quam exigua illi cura est. Quid enim(ut dici solet) commercij asino cum lyra ? An non vides videlicet, quam misere macerentur immodico desiderio, vel Homericæ spientiæ , vel Demosthenicæ grauitatis ac vehementiæ , vel Platonicæ sublimitatis ? Quorum, me hercle, ex animis si quis aurum , argentum atq; harum rerum curas tollat, nihil fuerit reliquum, præter fastum , mollitiem , lasciuiam , luxum, ferocitatem, imperitiam. Atque ad ista nihil prorsum opus te. Verum quoniam tibi barba ingens propendet à mento , quoniamque vultu ipso graue quidam & venerandum præte fers, tum quia pallio Græcanico decenter amictus es, noruntque iam omnes te Grammaticum esse , seu Rhetorē, seu Philosophum, pul-

pulchrum ille sibi putat, vt & eiusmodi
quispiam anteambulorum suorum pom-
pæ permixtæ esse videatur. Futurum
enim hac re, vt Græcanicarum discipli-
narum studiosus reliquæque omnis do-
ctrinæ neque negligens neque rudis esse
putetur. Vnde fit vt in periculum, vir e-
gregie, venias, né non tam ob admiran-
das illas artes, quin magis ob barbam pal-
liumque conductus esse videare: proin-
de vt perpetuus apud illum conspiciaris
oportet, neque absis vñquam, verum vt
diluculo relatis stratis, in famulicio te-
met exhibeas conspiciendum, neque lo-
cum in acie deseras.

Porrò ille iniecta nonnunquam tibi
manu, quicquid forte in mentem incide-
rit, de hoc tecum nugatur, obuijs osten-
tans, quām ne per viam quidem ingre-
diens, incurius sit literarum, quin vt illud
ipsum etiam otium, quod inter inam-
bulandum datur, in re quapiam hone-
sta collocet. At tu miser interim, nunc
cursim, nunc gradatim, nunc scansim
plerunque, nunc descensim (nam scis
huiusmodi esse vrbem) obambulans,
tum sudas, tum spiritum anhelus tra-
his. Deinde illo intus cum amico

DE VITA AVLICA,

quopiam, ad quem accessit, confabulante, quum tibi interim locus defit, ubi vel assidere queas, librum videlicet stans in manum sumis, quoque fallas tedium, legis. Post ybi ieiunum te sicutemque nox occupauit, incommodè lotus, intempestiuè, puta nocte fermè cōcubia, ad cœnam accedit, haud perinde deinceps in precio habitus, neque conspiciendus his qui adsunt. Verum si quis aduenerit recentior, tu post tergum reijceris. Itaque in angulum aliquem abiectissimum retrusus, accumbis, testis duntaxat ac spectator eorum, quæ apponuntur, canum ritu ossa circumrodens, si fors ad te perueniat, vel aridum malum folium, quo reliqua inuoluunt, si fastidiatur ab ijs, qui supra te accumbunt, præ fame libenter arrepturus.

v. Audi iam & aliud cōtumeliam genus. Quid

Sordes quod ne ouum quidem soli tibi apponi quotidie tur. Neque enim conuenit, ut tu semper ni vietus, eadem requiras, quæ hospitibus atque summo ignotis ministrantur, quandoquidem hec cum contra tua sit inscitia, atque inurbanitas. Neque tētu con- anis eiusmodi tibi apponitur, qualis alijs, iunctæ. verum diuiti illi pinguis & succulenta. tibi pullus dimidiatus, aut palumbus aliquis aridus atque insipidus, non ausi videlicet,

delicet, sed manifesta contumelia iudiciumque. Neque vero raro fit, ut si quando desit alibi, minister repente te inspectante submouens ea, quæ tibi erant apposita, alijs apponat, illud tibi ad aurem immurmerans, tu profecto noster es. Quod si quando interim dissecetur, vel porca foeta, vel ceruus, aut structorem tibi modis omnibus propitiūm habeas oportet, aut certe Promethei partem feres; nempe ossa adipe circumtecta. Nam quod ei, qui supra te accumbit, patina sinitur astare, quo ad satiatus repudiet, te contraria tam celeriter prætercurrat, quis tandem istuc ferat, qui modo sit ingenuus, cuique tantum insit bilis, quantum vel ceruis adest? Atque illud equidem nondum dixi, quod reliquis suauissimum ac vetustissimum vinum bibentibus, tu solus malum quoddam & pingue bibis. Proinde illud semper curas, ut auro argenteoque bibas, ne colore prodente, palam fiat, te vsque adeo contemptum neglectumque esse conuiuam: quanquam bene tecum ageretur, si vel illud ipsum ad satietatem vsque bibere liceret. At nunc ybi crebrius poposceris, minister audisse dissimulat,

Adde iam multas interim, & alias esse

M 5 res,

DE VITA AVLICĀ

res, quæ te discrucient, imò nihil esse fermè, quod non sit acerbum, maximè quum tibi cinædus aliquis antefertur, quin pluris te fit is, qui saltandi docet artem, qui iocos Ionicos contexit, Alexandrinus quispiam homunculus. Nam qui tibi speres tu vt in accubitu æquaris ijs, qui voluptates & amatoria subministrant? qui litterulas in pectore gestant? Proinde in obscuro quopiam continij latibulo tectus, præque pudore absursum, suspiras, vti coniectandum est, teque ipsum deploras, ac fortunam incusas tuam, quæ tibi ne pauxillulum quidem leporis ac venustatis asperserit. Ac prorsus ita videris affectus, vt optes Poëta fieri, vt amatorias conscribas cantiones, aut si id non contingit, vel eam asequi facultatem, vt possis ab alijs conditas dignè canere. Vides enim quibus in rebus situm est, vt quis efferatur, plurimique fiat. Quin & illud ferre queas, vt magi quoque, aut arioli personam (si necesse sit) induas, ex horum genere, qui amplas hæreditates, qui imperia, qui cumulatas opes pollicentur. Quandoquidem hos quoque vides non mediocriter à diuitibus amari, plurimique fieri. Eoque vel

vel vuumquodlibet horum fieri percupias, vtine prorsus reijculus, atque inutilis apppareas. Atqui ne ad ista quidē docilis es infelix: proinde submittas te oportet, mussitesq; ac tacitus feras, clam apud te plorans, ac neglectui habitus. Etenim se te famulus aliquis susurro deferat, qui solus omnium non laudāris puerū herē saltantē, aut cythara canētē, ista scilicet ex re non leue discrimen impendet. Quapropter terrestris in morem ranæ sitiens vocifereris neceſſe est, id operam dans, vt in laudātiū numero insignis ac præcipiūs appreas.

Quin səpicule, silētibus reliquis, tibi fit. VI.
 &ta quedā laus proferenda, quæq; multam *Adulatio*
sapiat assentationem. Iam verò magnope- atque af-
re ridiculum est, cùm esurias interim si- sentatio
tiasque, vnguentis collini, ac vertice ge- ridiculo-
stare coronam. Siquidem id temporis nō rum.
dissimilis videre sepulchrali columnæ, ve-
tusti cuiuspiam cadaueris, quæ gestare so-
let ea, quæ manib; inferuntur. Nam
huic infuso vnguento, impositaque coro-
na, ipsi & bibunt & edunt apparatus e-
pulas.

Porrò si etiam Zelotypus quispiam fue- VII.
tit, sintque illi vel pueri formosi, vel vxor Pericul
puella, & me sus

DE VITA AVLICA,

puella, neq; tu prorsus à Venere gratijsq;
fueris alienus, profecto non satis tuta res,
neque periculum negligendum: propter
ea quod Regis plures sunt oculi, qui qui-
dem non vera solum vident, sed semper
veris aliquid addunt ad cumulum, ne con-
niuere videantur. Quas ob res vultu de-
misso tibi est accumbendum: quemad-
modum in Persicis conuiuijs fieri mos
est, verito, ne quis Eunuchus sentiat tein
concupinam aliquam conijcientem ocu-
los: Moxque alter Eunuchus, cui iamdu-
dum arcus in manu tensus est, quia vide-
ris que videre nefas, inter bibendum, ma-
lam iacula transfigat.

VIII. Iam peracto conuiuio, vbi paululum
Poenitentia dormieris ad Galli cantum expergefati-
tia vera, catus; ô me miserum, ô infortunatum, cu-
sed sera, iusmodi quandam conuictus, quos ami-
cos reliqui; tum vitam tranquillam & o-
cij plenam, somnum quem me apte cupi-
ditate metiri soleo, deambulationes li-
beras, atque ex his in quale barathrum
memet precipitem dedi? Et, Deum im-
mortalem, cuius tandem rei gratia? Aut
quodnam istud magnificum p̄m̄ium?
At ne fieri quidē potuit, vt mihi vñquam
aliās plures commoditates suppeterent,
quām

quam tum suppeterant. Tum autem ac-
cedebat libertas, atque omnia pro meo-
pte arbitrio faciendi facultas. Nunc por-
rò iuxta id quod prouerbio iactatum est:
Leo chordula vincitus: sursum ac deorsum
circumferor. Quodque omnium est mi-
ferrimum, maximeque deplorandum,
neque efficere possum, ut placeam, neque
gratiam emereri queo: propterea quod
harum rerum sum imperitus ac rufis, ma-
xime compositus collatusque cum his,
qui haec velut artem profitentur. Proinde
iniucundus sum, ac neutiquam apertus con-
uiuis, quippe qui ne risum quidem con-
citare norim. Quin etiam sentio, me non
raro molestum esse & importunum, quum
adsum, maxime, quum ipse seipso festi-
uor esse conatur, nam illi tetricus video-
ri In summa, nullam inuenio viam, qua illi
accommodeam. Etenim si meam ipsius au-
thoritatem ac severitatem tueri pergo,
iniucundus video, ac propemodum hor-
rendus, ac refugiendus. Contra si risero,
vultumque, quam possum maximè ad hi-
laritatem composuero, fastidit illicò ille,
& auersatur. Ac prorsus tale quiddam mi-
hi videtur, quale sit, si quis in persona
Tragica comediam agere tentet. Postre-
mo

DE VITA AVLICA,

mo quam tādem aliam vitam mihi viuam
dēmens, posteaquam hanc prāsentem al-
teri vixerim?

Dum hæc tecum loqueris, iam sonuit
tintinabulum, iamque ad eadem tibi re-
deundum est, obambulandum, standum,
sed ceromate inunctis ante fœmoribus
poplitibusque, si modo velis pare esse cer-
tamini, præmioq; tollendo idoneus. De-
inde conuiuum idem & eadē apparatum
superiorique contraria, tum insomnia, su-
dor, defatigatio, paulatim quasi suffossis
cuniculis inducunt vel tabem, vel pulmo-
nis exulcerationem, vel intestini tormina,
vel egregiam illam podagram. Reluētaris
tamen sedulō ac frequenter, quum valetu-
do poscat, vtī lecto decumbas, ne hoc qui-
dem licet, eò quod assimulari morbus,
quo munia officiaq; iusta defugias, existi-
matur. Hinc præter omneis perpetuo pal-
les, semperque iam iam morituro videre
similis.

IX. Et haec tenus quidem de his, quæ domi
Molestiæ ferenda sunt: quod si quando fuerit pere-
Foris per- grinandum (vt ne interim referam alia
ferendæ incommoda) sèpe fit vt pluuiio cœlo, vbi
postremus veneris (nam is locus tibi for-
te

te contigit) vehiculum opperiaris, donec nullo iam reliquo loco vbi diuersetis, proxime coquum, aut heræ comptorem te reclinant, ne stipulis quidem affatim substratis.

Neq; verò tibi referre grauabor, quod mihi Thesmopolis iste Stoicus narravit sibi accidisse, rem profecto nimis quāridiculam, quæ tamen eadem possit & alij cuius accidere. Conuiuebat enim cum opulentia quadam ac delicata muliere ex illustribus istis & yrbaniis. Eam quum aliquando peregrè profici sceretur (nam id primum aiebat sibi maximopere deridiculum accidisse) in curru sibi, viro nimis philosopho, adiunxit se cinædum quempiam, picatis cruribus, derafa barba. Quem illa honoris (ut cōijcio) gratia secum ducebat. Quin nōmē quoq; cinædi cōmemorabat, aiebat enim Chelidoniū vocari. Iam primū illud cuiusmodi fuerit, vide: iuxta virū seuerū tetricumq; tum secundū canoq; mento (scis autem quā profundam ac venerabilem barbam habuit Thesmopolis) assidere nihil hominē & effōeminatum, picturatis oculis, lubrico vultu, fracta cernice, non chelidōhem, (per Iouem) id est, hirundinem, sed

De VITA AVLICA,

sed vulturem magis reuulsis barbae plus
mis. Quod nō magnopere illum fuisse de-
precatus ne faceret, futurū fuisse ut flam-
meum etiam in capite gestans assideret.
Prēterea autem perpetuo hoc itinere mo-
lestias innumetabiles pertulisse sese, illo
cantillante, garrienteque, demum (ni-
si idem hominem coērcuisset) in rheda
etiam saltante. Addebat secundo loco,
tale quiddam sibi fuisse mandatum. Ac-
cessito illi mulier, Thesmopolī inquit, ita
tibi Dij benefaciant, magnum quoddam
officium abs te requiram, quod caue re-
cuses, neque expectes, vt quicquid te sim-
rogatura studiosius. Atque hoc (vt est cre-
dibile) omnia se facturum pollicito, hoc,
inquit, te rogo, quando quidem video te
virum probum, diligentem, & amantem,
Caniculam, quam nō sti, Myrrhinam in ve-
hiculum recipe, eamq; mihi serua, curans
ne quid illi desit. Nam misera grauida est,
atq; adeo propemodum iam propinquā
partui. At isti scelesti & immorigeri mi-
nistri, non dicam huius, sed ne mei qui-
dem ipsius magnopere rationem habent
in peregrinationibus. Quare ne te putas
mihi mediocre beneficium facturum, si
charissimā mihi iucundissimamque ca-
nicu-

niculam seruāris. Recepit Thesmopolis,
quum illa tantopere rogaret, ac prope-
modum etiam fleret.

Porrò spectaculum erat supra modum
ridiculum. Canictila è pallio prominens
prospectansque paulo infra barbam ac
subinde immeiens (tametsi hæc quidem
Thesmopolis reticuit) ac gracili voce la-
trans (huiusmodi enim catellæ iam in de-
licijs sunt) neq; non Philosophi mentum
oblingens, maximè si quid pridiani iuris
inhæreret. Porrò cinædus alesfor ille, quū
non insulse super cōtinuum dicteria quæ-
dam iecisset in eos, qui aderant, ac deniq;
& ad Thesmopolim usque dicacitas per-
uenisset; de Thesmopolide, inquit, vnum
hoc possum dicere, eum è stoico cynicum
iam nobis esse factum. Evidem canicu-
lam etiam peperisse in Thesmopolidis
pallio.

Huiusmodi delicijs illudunt, vel (vt ve-
rius dicam) huiusmodi contumelijs ac lu-
dibrijs tractant eos, qui cum ipsis viutunt,
paulatim eos cicures ac mansuetos ad fe-
rendas contumelias reddentes. Præterea
autem & charcharorum Oratorem noui,
qui iussus super cœnam declamabat, neu-
tiquam ineruditè (per Iouem) imò gra-

N uiter

DE VITA AVLICA

uiter & absolutissimè, ac laudabatur interī ab illis bibentibus, quum non ad aquæ modum, sed ad vini amphoram oraret. Atque eam molestiam, ob ducentas drachmas perpeti ferebatur.

x. Verum hæc quidem fortassis vt cunque Adulatio toleranda. Porrò si diues ipse aut Poëticus fuerit, aut Historicus, qui sua ipsius rum scio-scripta in conuiuio recitare gaudeat: tum lorū, & vero maximè futurum est, vt discrucieris ac dirumparis. Nempe quum admirari, quum assentari, quum nouos quosdam laudandi modos comminisci necesse habes. Sunt autem qui & formę nomine studeant admirandi videri. Eos nunc Adonidas, nunc Hyacinthos appelles necesse est, etiamsi illis naris nonnunquam cubitali hiet specu. Quod ni laudaris, protinus in lapidicinas Dyonisiacas asportaberis, tanquam qui illi tum inuidias, tum insidieris, maleque velis. Ad hæc & sapientes & Rhetores sint necesse est. Quod si etiam rusticè quippiam dixerint, tum verò iuxta illud, quod dici solitum est, Atticæ atque Hymetti plenam orationem videri volunt, atque in legem abire, vt deinceps ita loquantur homines.

Quanquam quæ viri faciunt, ferri forsan

tan queant. At verò mulieres (nam mu-*Dominæ-*
lieribus etiam illud studio est, vt doctos a-*rum lasci-*
liquot in suo conuictu conductitios ha-*uietium.*
beant, quiqe sese mercede affectentur)
quandoquidem hoc quoque ad reliquum
cultum elegantiamque pertinere putant,
si dicantur eruditæ, si Philosophi, si car-
mina componere Sapphicis haud multo
inferiora, ob hæc sanè hæ quoque con-
ductitios Rethores, Grammaticos, Philo-
sophos circumferunt. Hos autem audire
solent (id quod ipsum est ridiculum) tum
temporis, quum vel comuntur, aut capil-
los in orbem religant, vel in cōuiuio: nam
aliás non suppetit illis ocium. Porrò sàpe-
numero fit, vt interim dum Philosophus
quippam differit, interueniens ancilla, li-
terulas ab adultero porrigit. Ac præclari
illi de pudicicia sermones intermit-
tur, opperientes donec illa rescriperit
adultero, atque ita redeat ad auditionem.

Porrò si quando post multum tempo-*xl.*
ris, instantibus saturnalibus, aut panathe-*Munerū*
næis, misera quæpiam vmbella tibi mitta-*compens-*
tur, aut tunicula semiputris ac detrita, *satio.*

tum denique plurima missitentur opor-
tet. Atque aliquis qui statim subauscultâ-
rit, herum id facere destinantem, præcur-

DE VITĀ AVLICĀ

rit, ac primus rei index, abiensq; non exiguum premium auferit qui renunciārit. At manē plus trēdecim te adeunt idem apportantes nuncij: quorum quisque comēmorat quam multa dixerit, quemadmodum submonuerit, quemadmodum adhortans commōdiora subiecerit. Omnes itaque donati prēmio discedunt, at non sine murmure tamen, qui non plura dederis.

xii. Porrò salarium ipsum sex fermē obulō-
Mercedis rum. Idque si tu postules, gratis atque im-
exigendē portunius haberis. Proinde quo illud ali-
difficul- quando auferas, primum ipsi hero adulē-
tas. ris, supplex que has necesse est: deinde ca-
ptandus & dispensatoris fattor, nam hoc
quoq; quoddam est seruitutis genus. Ne-
que verō negligendus is, quem in consili-
um adhibet, neque item amīcus. Deinde
quod acceperis, iamdudum debebatur vel
vestiario, vel medico, vel cerdoni cui piam.
Vnde fit ut sera atque intempestiuā, eoque
inutilia prēmia tibi accedant. Ceterum
inuidia ingens: Iamque etiam calumniæ
quædam paulatim struuntur in te, apud
hominem, qui iam non inuitis auribus ac-
cipiat, si quid aduersum te dicatur. Quip-
pe qui perspiciat te laboribus assiduis
iam

iam detritum, & ad obeunda munia famulatus claudicantem, atque obaudientem, ac podagra subinde grauari.

Proinde posteaquam id quod erat in te **XIII.**
 florentissimum decerpit, æuique partem *Exitus ac dimissio* maximè frugiferam, ac præcipuum corporis vigorē detruuit, iamq; te lacerum panignominiculum reddiderit, tum modis omnibus niosa, circumspicit, in quod sterquiliniū te portatum abijciat, atq; alium perferendis laboribus idoneum, in tuum substituat locum, Ibi insimulatus, vel quod pusionem illius tentaris, vel quod homo senex vxoris ancillam virginē vitiaris, vel alio quo- uis imposito criminē, noctu obuolutus ac præceps datus extruderis, discedisque de- fertus ab omnibus, atque omnium inops rerum optimam podagram vna cum sene- Æta comitem ducens. Cum interim, quæ quondam sciueris, tanto temporis spacio dedidiceris, tum ventrem culeo reddide- ris ampliorem, tibiique paraueris inexplicable quoddam & implacabile malum. Etenim gula ea, quibus assuevit, flagitat. Quæ cum negantur, indignatur. Adde quod præterea nemo te posthac recepturus est in familiam, vt pote cuius iam præterierit ætas, qui que similis euaseris equis senio-

DE VITA AVLICA

affectis, quorum, ne pellis quidem perinde ut aliorum animantium est usui. Quin ex hoc ipso quod electus es, calumnia quæ potest proximè ad verisimilitudinē confita, facit ut aut adulter, aut veneficus, aut aliud quippiam tale videaris. Nam accusatori vel taceti fides habetur. Tu vero Græculus, moribus leuis, & ad omne facinus facilis. Siquidè huiusmodi nos omnes esse ducunt, idque iure optimo: videor enim mihi causam aduertisse, quamobrem eiusmodi de nobis obtineant opinionem. Nam plerique qui in familias accedunt, propterea quod alioqui nihil bonæ rei dicunt, illuminationem ac maleficia profitentur, conciliationem amorum, abductiones in hostes, atque id quum faciunt, doctos sese affirmant, pallijs amicti, barbisq; neutiquā contemnendis onusti. His omnibus habent opinionē, quando eos, quos præcipuos esse iudicant, videant tales. Maximè vero, posteaquā animaduerterint, quam sint in conuiuijs, reliquoque conuictu adulantes, quam ad lucrum humiles ac seruiles: deinde electos eosdem iam oderunt, neque id iniuria, ac modis omnibus adnituntur, ut eos funditus perdant,

dant, si quo modo possint. Veretur enim, ne cuncta illa vitæ suæ mysteria in vulgus efferant, quippe qui nihil non exactè nō-rint, quique illos nudos conspexerint. Ea res igitur illos malè angit.

Omnis enim similes sunt pulcherrimis istis libris: quorum aurei quidem vmbilici, purpurea foris pellis: cæterū intus aut Thyestes est, liberos in conuiuio comedens, aut Oedipus matris maritus, aut Tereus cum duabus pariter sororibus rem habens. Eiusmodi sunt & illi splendidi, conspicuiq;. Porrò intus sub purpura varias occulunt Tragœdias. Quorū vnusquemq; si euolueris, explicuerisq;, fabulam nō mediocriter longam reperies, Euripidis cuiuspiam, aut Sophoclis. Contra foris nihil nisi purpura splendida, aurei q; vmbilici. Harum itaq; rerum sibi consciij oderunt illos, atq; insidias parant, si quis penitus ab illis defecerit, qui eos probè cognitos depingat, qualesq; sint, euulget.

Iam verò libet mihi Cebetis, illius exemplo & imaginem quandam huius vitæ tibi depingere, ut eam contéplatus scire queas, num ex vsu tuo sit eam adire. Evidem magnopere cupiam vel Apellem quempiam, vel Parrasium, vel Aethionem, vel

DE VITA AVLICA

Euphranorem ad hanc depingendam tabulam adhibere. Verum quoniā fieri potis non est, vt aliquem artificem tam egregium atque absolutū nanciscamur, in presentia tenuem quandā pro mea virili imaginem adumbrabo.

Viuaima Ergo pingatur **VESTIBULUM** sublime
go seu pi- atque inauratum, neque id humi situm in
ettura solo, verum procul à terra in ædito collis
Aula. fastigio: Præterea inaccessum fermè & ab-
ruptum, lubricoq; aditu, ita vt plerunque
qui se iam ad summum usque verticem pe-
netrâsse sperât, lapso pede præcipitati cer-
uicem frangant.

Intus autē **PYLENTIA** sedeat, tota (sic-
uti videtur) aurea, maiorē in modum for-
mosa atq; amabilis. Porrò amator ubi vix-
tandem concendit, iamque ad fores ac-
cesserit, obstupescat, oculis in aurum de-
fixis: deinde **SPES**, quæ & ipsa specioso-
vultu est, ac versicoloribus amicta, manu
præhensa introducat, mirè iam ipso in-
gressu attonitum. Atque ab eo quidē tem-
pore spes usq; illum antecedat, ducatque,
tum aliæ mulieres illum excipientes, putu-
FALLACIA SERVITVS QVE, tradant **LA-**
BORI. At is miserum penitus defatigatum
tandem **SENECTAE** tradat iam morbi-
dum,

dum, coloreque commutato. Postremò
CONTUMELIA, arreptum illum ad D E-
S P E R A T I O N E M pertrahat.

Ex hoc quidem tempore spes auolans
euaneſcat. Tum ille non per aureum illud
atrium, per quod ingressus fuerat, sed per
posticum quoddam, & occultum exitum
extrudatur nudus, ventricosus, pallidus,
senex, laeva quidem pudorem occultans,
dextra verò ſeipſum strangulans. Occur-
rat autem exeunti P O E N I T Y D O fruſtra
lachrymans, & miserum bis etiam confi-
ciens. Atque hic quidem eſto picturæ fi-
nis.

Caterum tu, Timocles optime, ipſe di-
ligenter consideratis singulis expende,
num è re tua fit, vt in hanc imaginem per
aureas illas fores ingressus, per illas longè
dissimiles tam turpiter excutiariſ. Quic-
quid autem feceris, memineris sapientis
illius, qui dixit: D E V M in culpa non
eſſe, verum qui ſua ſponte
delegerit.

F I N I S.

N s E R A S-

ERASMVS RO-
TERODAMVS. IN
ENCOMIO MO-
RIAS.

VID de Proceribus Aulicis com-
memorem, quibus cum nihil sit
addictius, seruilius, insulsius, ab-
iectius, tamen omnium rerum
primos sese videri volunt. Hac vna in re-
tamen modestissimi, quod contenti, au-
rum, gemmas, purpuram, reliquaque vir-
tutum ac sapientiae insignia corpore cir-
cumferre, rerum ipsarum studium omne
concedunt alijs. Hoc abunde felices sibi
*Artes no-*videntur, quod Regem herum vocare li-
biliū Au- ceat, quod tribus verbis salutare didice-
licorum. rint, quod nōrint ciuiles titulos subinde
inculcare, serenitatem, dominationem, &
magnificētiā. Quod egregiè perfricue-
rint faciem, quod festiuiter adulentur.
Nam hæ sunt artes, quæ verè nobilem &
aulicum deceant.

Cæterum si vitæ rationem omnem pro-
pius inspiçias, nimisq; meros Phæacas in-
uenias, Sponsos Penelopes, reliquum car-
men

men agnoscitis, quod Echo vobis melius
referet quam ego.

Dormitur in medios dies, ibi sacrificiu-
lus mercenarius ad lectum paratus, qui
Propemodum cubantibus adhuc sacrum
expeditè peragat. Mox ad ientaculū, quo
vix peracto, iam interpellat prādiū. Sub
id aleæ, laterunculi, sortes, scurræ, morio-
nes, scorra, lusus, inficiæ. Interim vna
aut altera merenda. Rursum cœna; post
hanc reportia, non vna per Iouem. Atque
ad hunc modum, citra vllum vitæ tedium
elabuntur horæ, dies, menses, anni, secula.

Ipsa nonnunquam saginatior abeo, si-
quando viderim illos μεγαλορρούντæs, dū
inter nymphas vnaquæque hoc sibi vide-
tur Dijs propior, quo caudam longiorem
trahit; dum procerum aliis alium cubito
protrudit, quo Ioui vicinior esse videatur;
dum sibi quisque hoc magis placet, quo
grauiorem catenam collo baiulat, vt
robur etiam, non opes tan-
tum ostentent.

EIVS.

ERAS. ROT.

EIVSDEM PRAECE-
PTA AVLICA; EX EPISTOLA-
RVM LIB. XXVII. EPISTOLA
*penultima, in distinctum ordi-
nem redacta.*

ERASMVS Roterodamvs
cvidam s.

Scribis te nolentem ac reluctātem, vo-
luntate parentum rapi, protrudiq; in
Aulam Principis. Quando igitur necessi-
tas vinci non potest, supereft ut commo-
dē vtendo perficias, vt aliquando te iſtinc
explices quām minimo malo. Nec enim
omnibus insoliciter cessit hanc adiſſe Lai-
dem. Et ne tibi videar non satis grauis ad-
monitor, ſcito me ab ipſa puericia ad an-
num vſq; quinquagesimum in Aulis Prin-
cipum militasse.

PRAECEPTVM I.

Primum illud tecum ſtatuito, ne quid
cui credas, quantumuis in ſpeciem ami-
co, quantumuis arridenti, complexanti,
pollicenti, deieranti, nec quenquam exi-
ſtimes tibi ex animo amicum, nec tu ſis
cuiquam amicus ex animo, tamen perin-
de, quaſi neminem non ames, ita blandus
& comis eſto ſingulis.

Esto

II.

*Esto largissimus eorum officiorum, quæ
tibi nihil afferunt impendij.*

III.

*Saluta blandè, complectere, cede viam,
aperi caput, subinde repete honoris & cha-
ritatis titulos, lauda affatim, pollicere be-
nigniter.*

IV.

*Prius igitur domi vultum cōponitō,
vt is tibi paratus sit ad omnem fabulę par-
tem, ne quid veri affectus in facie sublu-
ceat. Meditāda domi est actio, vt oratio
vultui, vt vultus ac totius corporis gestus
orationi fūcatæ subseruiat. Hæc sunt Au-
līcæ Philosophiæ rudimenta, ad quæ nul-
lus erit idoneus, nisi prius omnem podo-
rem abstolerit, ac vultu nativo domi re-
licito, quasi personam sumserit.*

V.

*Próximo erit, vt factioñes totius Au-
læ subodorēris: sed ita ne cui te facile ad-
misseas. Si quos, aut si quas videris, nihil
non posse apud Principem, vide vt te sem-
per inflectas ad latus nauis felicius.*

VI.

*Nec pudeat aut pigeat assentari Morio-
nibus*

ERAS. ROT.

nibus etiam, quos animaduerteris gratos
esse Ioui.

VII.

Sed hunc ipsum technis omnibus ca-
ptabis.

VIII.

Quoties in illius conspectu confisces,
arte præ te feres simplicem quandam ala-
critatem, quasi gaudio gestias, quoties illi-
datur adesse: & posteaquam comperisti,
quibus rebus offendatur, quibus oble-
tur, non multum erit negotij apud illum
quamuis magnam inire gratiam.

IX.

Commode subseruies , ad orationem
arridebis , si loqui non dabitur , applau-
des velut admirabundus. Sed apud alios
plenis, ut aiunt, tibijs, illius laudes decan-
tabis. Aliqui certè perferent si passim pre-
dicaueris.

X.

Nunc hic, nunc ille tibi captandus erit
munusculo , sed eleganti , & apto magis,
quam precioso , ne videaris aureo piscari
hamo, precium addes oratione: Excusabis
tenuitatem fortunæ, ubi illa contigerit o-
pulentior, polliceberis montes aureos.
Si qua

XI.

Si qua præda affulserit, caue quisquam
Deorum aut hominum tibi tam charus
sit, vt illi cedas.

XII.

Semper tibi proximus esto. Quoties de-
re agitur, vel patri verba danda sunt.

XIII.

Non semper in Aula spirant venti se-
cundi; Vbi spirant, arripienda est occa-
sio. Nullius iurisurandi tam sancta sit ti-
bi religio, vt huius gratia patiaris opimam
prædam elabi de manibus.

XIV.

Si quis Principem senserit vehementer
offensum, ac diuersam factionem gestire
victoria, semper accommoda te felicio-
ribus: sed ita, vt alteram partem non læ-
das capitaliter, nisi id fiat tuo magno cer-
toque bono. Solent enim Principum fa-
uores, ventorum in morem, subinde re-
flare in diuersum.

XV.

In summa, vbi que venare commodum
tuum.

Ne

ERAS. ROT.

XVI.

Ne quem apertè lèdas.

XVII.

Caue mensam habeas domi : ea res ex-
hauriet te sumtibus. Longè præstat con-
uiuam esse quam cōuiuatorem. Noli sup-
putare quanti conster vna cœna domi da-
ta, sed subducito rationem ad quantum
summā post annū ea res tibi sit redditura.

XVIII.

Proceres aliquot cole : Horum mensis
te adiungito : sed ita , ne crebrius ad eun-
dem. Hic comis & commodus esto con-
uiua, sed festiuus ac lepidus vt ne quem
offendas. ●

XIX.

Si quid in te dictū erit petulātius, in lu-
sum iocumq; vertito , etiam si seria res sit.

XX.

Ab omnibus tanquam ab hostibus ca-
uetu.

XXI.

Ne cui concredas vnde te possit lèdere.

XXII.

Si quos senseris tibi parum amicos, fac
artificio summo dissimules, & communi-
bus officijs hoc magis apud illos amicum
agas.

Lauda

XXIII.

Lauda apud eos quos suspicaris renuntiatus: hac arte aut fient amici, aut mihi erunt inimici. Tantum caue ne qua detur ansalædendi.

XXIIIIT.

In cæteris nugis Aulicorum esto lepidus congerro.

XXV.

Tantum ab alea temperato. si quidem ad hunc scopulum multi fecere naufragium, sic ut vix licuerit enatare nudos.

XXVI.

Da operam ut quam minimum inquieris.

XXVII.

Ad rem augendam, & constabiliendam ubique vigila.

XXVIII.

Vbi satis pingueris, excogitanda ratio, ut quod paucis contigit, feliciter ab Aula te subducas, tibi que viuas.

XXIX.

Neque perpetuus ad sis Principi, neque minimum diu absis: quorum alterum paritatem & satietatem, alterum obliuionem.

O

Ut

XXX.

Vt autem etiam commōdo tuo absis,
ambi Legationes, sed fauorabiles, mini-
miq[ue] negocij; ita subinde redib[us] nouus
ad Principem tuum.

XXXI.

Semper esto querulus ac petax, & quē-
admodum callidæ meretrices, varijs no-
minibus ac modis semper aliquid aufer-
runt ab amatoribus, ita tibi studio sit sem-
per aliquid auferre à Principe.

XXXII.

Sed ea potissimum petenda, quæ ille si-
ne suo sumtu largiri potest. Quod genus
sunt Sacerdotia, Præposituræ, Abbatiaæ.

XXXIII.

Si quid erit rale, cuius tu capax non
sis, suborna qui petant suo nomine, sed
tuo commodo.

Hæc arbitror esse satis pro primis ele-
mentis: posthac, vbi te profecisse
videro, abstrusiora quæ-
dam impertiam.

Vale.

C O N-

CONRADVS
HERESBACHIVS I.C.
IN LIB. DE EDVCANDIS
PRINCIPVM LIBERIS.

CAP. V.

DELECTVM summum habendum censeo, ne quoslibet in familiaritatē admittat. Nam sunt quidam qui et si prima fronte grauitatem, eruditionem, ac morum urbanitatem præferant, attamē adulatio- nis venenum sub speciosis **N**is virtutum imaginibus tegunt, Siquidem inter cæteras non paucas aulicę philosophię pestes, una est omnium perniciosissima adula- tio, malum haudquaquam simplex, sed omnium calamitatū Iliada trahens, adeò ut maximos Monarchs, & alioqui fero- cissimos gentiū domitores à scurrīs abie- & tissimis **αγεσθαι ην** φέρεσθαι, atque vna cum amplissimis regnis in exitium per- tractos esse sæpè compertum sit. Quod malum nusquam validius quam in aulis Principum regnat, & in magnis ac præ- potentum familijs, non aliter quam quod

O 2 Luius

CONTRA HERES.

Luius ait de inuidia, quæ sicut ignis alta petit, imò in aulis nata videtur, vnde Grammaticis quasi Audaulatio dicta videtur. Quo allusisse Ouidium apparet, carentem,

Agmen adulantum media procedit ab aula.

Hic velut in sua arena se exercet adulator, Camæleontem aut polypum mutabilitate vincens. Perrennius adulatione & perfidia suam potentiam augens, Commodum Imperatorem perdidit. Magna ex parte pueri sine Principes seu priuati complectuntur eos iuuenilibus annis, qui sunt ipsorum affectibus magis accommodi, & cupiditatum ministri: continuo igitur præmuniendus pueri animus est aduersus horum contagium, atq; ab ipsis statim crepundijs prospiciendum, ne in consuetudinem atque adeò familitium Principis puelli irrepat hæc lues; procul hinc procul este colaces. Nam si recens semel testula blanditijs huius mali capiat, periculum est ne in totam vitam inculta proserpat, ac radices agat, & inescatus ille prædulcato veneno eos odisse incipiat, qui se reuocare studeant. In plerique morbis vulgo notum est, quid possit contagio; verum quid proficit aut obsit consuetu-

*Peren-
nius: He-
rodian.
lib. 1. in
Commo-
do.*

suetudo eorum, cum quibus versetur
puer (quando sensim ac minutis accessio-
nibus serpit utilitas aut noxa) non aequè
ab omnibus sentitur. Non sentitur irre-
pere, sed iam ex intervallo irrepisse.

Iam verò ut de adulazione suspectos di-
ximus, diligentia cautione propellendos à
consortio pueri, ita præmuniendum quo-
que censemus antidotis puerum aduer-
sus hoc venenum. Ac prius quidem quo
à φιλαυτίᾳ deterreatur (qui morbus
est pestilentissimus, maximè in principi-
bus, qui sibi licere omnia putant) procu-
randum est, ut seipsum nosse discat, iuxta
sapientis sententiam, cogitetque num ta-
le quippiam in eo sit, quod prædicat adu-
lator, num æquum quod suadet, num de-
corum, num pium, an verum, an condu-
cibile, an è Principis dignitate, an è Reip.
Utilitate. Deinde ut omnes suspectos ha-
beat, qui ubique student esse plausibili-
les, omnibus sententijs assentiuntur, sem-
per parati vel laudare vel vituperare, ad al-
terius gratiam captandam: Qui in hono-
rum exhibitione, in salutationibus, in
opera pollicenda, ac similibus officijs
vulgaribus, sunt plus satis prodigi, qui
quibuslibet prompti dextram ad sex vi-

CONTR. HERES.

nas usque porrigunt, altera videlicet pā-
nem ostendentes, altera lapidē absconden-
tes. Qui nusquā non corpus, facultates ac
sanguinem offerūt, qui secreta omnia ri-
mantur explicanturque, & simulata qua-
dam simplicitate factiones subodorātur,
potentioribus se adiungūt, suos in proce-
rum ac heroinarum numerō patronos
captant, ab omnibus fauorē emereri stu-
dentes, non habita ratione, siue id virtu-
te an scelere fiat, qui minores quidem
Deos venerantur, sed ut apud Iouem ip-
sum patrocinentur. Huc omnia artis suæ
specimina dirigunt, adeò ut etiam morio-
nibus ac catellis, quæ illis in delitijs sunt,
non dubitent adulari. Si videant Princi-
pem venationibus, aucupijs, deditum, ni-
hil præter venationes, canes, aecipitres
crepant, identidem visam à se ingentem
feram clamitantes. Si luxum aut splen-
dorem, nihil præter gemmas bractea-
tasque vestes ingerunt; hæc Principe,
inquam, digna vestis. Si crapulis pocu-
lisque delectari sentiant, subinde com-
messiones adornant, quin & ipsi quo-
que ebrietati vacant. Nunc Episcopi cu-
iusdam strenui potatoris facellatum,
cum ingentem pateram exauriret Prin-
ceps,

ceps, o dignum Principe haustum, suc-
clamasse. Si erga eos quos vocant Euan-
gelicos, Princeps sit propensior, in prom-
ptu sunt in Pontifices & Ecclesiasticos
conuitia. Si rursum Pontifici faueat, mox
Eangelicos lacerari audias, eosque ut
seditiosos tollendos, ut haereticos cre-
mandos. Neque est hoc tempore in Ec-
clesia pestilentior morbus, qui pietatem
ac religionis constituenda rationem plus
impedit quam adulatio. Sic Dionysij cru-
delitatem adulatores iustitiam appella-
bant. Assueri assentatores acclamabat, iu-
sta est Regis indignatio. Breuiter, ad omnē
ventum pallium, ut dicitur, subducunt
huic arti vacantes. Quam tamen plāri-
que sic attemperare callent, Ut, quemad-
modum Quintilianus ait, pr̄cipuum ar-
tis esse ipsum artificium cælare, ita nihil
minus quam adulari videantur. Apud cor-
diores Principes de virtutibus grauiter
differunt, sed tamen sicutate. Non nullos
sic impudenter adulari videoas, ut amoris
atque affectuum paritatis simulatione in-
periculum se conjiciat. Qualem fuisse re-
ferunt eum, qui ad gratiam eius quem ca-
ptabat, uxorem repudiabat, quod sciebat
illi, cui adulabatur, coniugem parum gra-

CONTRA HERES.

tam. Quosdam acceperimus nostro tempore apud maximum Monarcham morbum simulasse, ac vna cum Principe in periculisorum remediorum societatem descendisse. Ita Dionysij adulatores pocula patinasque in mensa subuertebant, simulantes se codem cum Rege caliginis vitio teneri, atque ita tandem in magnum Principem exitium perduxerunt palpones, ut ante quoque diximus de Galba. Quò non perpulerunt Antoninum? De Commodo traditur, eum huc perductum ab adulatoribus & calumniatoribus, ut nulli non calumniae fidem adhiberet. Neminem amicum adiungebat, cui virtus aliqua adfasset, sed à cunctis rectis studijs animū auocabat, neminemque non à limine tanquam insidiatorem submouebat, quem aut probitas aut disciplina illustraret. Scurras verò, & qui turpisima representabant, quasi addictos sibi habebat. Alexander Magnus, præclaris alioq; virtutibus insignis, à palponibus persuasus, immortalem se fore, ac pro Deo adorari se passus, tandem eorundem Commercio cō raptus est, ut eximios ac fidelissimos amicos sustulerit. Etnos Principem vnum atque alterum nouimus, qui adulotorum consilijs obse-

obsecuti, tandem è principatu exacti sunt.

IDE M IN LIB, II. DE REP. ADMINISTRANDA,

CAP. VI.

PRINCIPEM bonum faciunt plerunque boni consiliarij, ut in Alexandro testatur Lampridius: TOLERABILIOREM, inquiens, REIP. STATVM VBI PRINCEPS MALVS & consiliarij boni, quam vbi bonus Princeps & consiliarij mali. Siquidem vnuſ malus à plurib. corrigi potest: multi mali ab uno, quātumuis bono, superari non poterunt. Quare nullum maius boni imperij instrumentum, quam boni consiliarij, ut Tacitus scribit. Magnum ornementum Principi, corona senum & cordatorum consiliariorum cinctum esse: Estque idem non solum ornamēto, verum etiam felicem actionum successum præbet, & aduersarijs metum incutit consiliariorum reverentia, & subdit libentius parent.

Boni & fideles consiliarij perinde atq; boni & cordati ac pīj Principes peculiari Dei dono conceduntur: Nam Deus vo-

O 5 lens

CONTRA HERES.

lens perdere Remp. Israelitarum, minatur illis pueros Principes, & cōsiliarios & fœminatos. Consiliū Achitophel infatuatū fuit à Domino. Cōtrā, qāndo Deus vult fortunare imperia, cōcedit fortes & prudētēs, vt ex Regū historia, & Esaia liquet.

Asciscendi in cōsiliarios & cooperarios administrationis, quales Ietro suasit genro suo Moysi, qui sint spectatę integritatis: SAPIENTES, DEVUM TIMENTES, VERAGES, INCORRUPTI, & cuiusmodi amici Rēip. à Socrate cōmemorantur apud Xénophōtem, qui priuatis cōmodis publica præponant, qui mediocria possidere, quam virtutem deserere mālunt, qui voluptatibus non vincantur, iniuriam priuatam negligant, publicam vindicent, neque ambitioni, neque largitioni obnoxij.

Syrach docet in consilium adhibendos, qui earum rerum, de quibus deliberandum, periti sint: Siquidem belligeraturo non capiendum consilium cum imbellibus & rei militaris imperitis, neque cum impijs de Religione, neq; de Iure dicundo cum Iuris imperitis ac sceleratis. Alexander Imperator cum de iure ac Cinilibus negotijs tractaret, doctos & Iureconsultos adhibuit: Si de remilitari, veteres & senes

& senes milites, locorum peritos, bellorum historiarumque non ignaros, requiriens quid in similibus causis veteres Imperatores Romani, vel externarum gentium, fecissent.

Cum autem in controvrsijs dirimendis, & iure dicundo, Iure consulti necessarij, accersendi non quæstuosi illi litium magis constituendarum quam tollendarum artifices, qui que lingua & consilia venum exponunt: Sed qui non magis iuris quam iustitiæ consulti, qui que omnia, que à Iure Ciuiili proficiscuntur ad facilitatem æquitatemque referant, qualis S. Sulpicius à Cicerone describitur: Et Papijanus singularis integritatis & fortitudinis exemplar, qui capitibus sui periculo non veritus, quæ iusta fuerant responde-re. Tales fuerunt Joseph & Daniel. Requiriendi autem, qui sint ingenio alaci, & ad functionem, cui adhibentur, accommodi, eloquentia linguarumque peritia non destituti. Sæpè enim fit, ut peregrinæ linguae legatis respondendum, deque rebus secretis, & arduis conferendum sit. Adde ut sint Reipub. studiosi, eiusque administrandæ non imperiti. Indigenas & subditos malim, & φιλωταρείοντας: Nam & populus

C O N R A . H E R E S E .

amat magis , & obtemperat libentius sua
gentis magistratibus cooperatijs , quam
externis . Quod si negetur , & externis re-
gantur hominibus , incredibile quantum
hac re animi alienentur , & ad factiones , &
alios saepe Principes euocandos inciten-
tur . Exempla prætereo , ne quis offendat-
tur . Tyranni peregrinis magis quam ci-
nibus ac subditis uti malunt , idque existi-
mant tyrannidi stabiliendæ conuenire , vt
Arist. docet .

Conuenire videtur ad communem or-
dinum concordiam , vt consilijs adhi-
beantur , non solum proceres è nobilita-
te , verum etiam è præcipuis ciuitatibus
graues , prudentes , rerumque politica-
rum periti ciues .

Idem ibidem

Vitandi ambitiosi , fastuosi , præfraeti ,
iracundi , furiosi , ac contumeliosi : item
philauti , & adulationibus obnoxij ac ca-
lumnijs : item simulatores & veritatis oc-
cultatores . Non sunt huc admittendi fu-
tile , leues , & secreti parum continentes :
Non sunt fumiendi neq; plonecte . Ar-
ceantur qui seipso insinuant , vel fauore
ac potentia ingeruntur , & qui præfatu-
ras & prouentus Principum , vel fiducia-
ria

ria possessione , vel oppignorationē oc-
cupant: neque qui officijs & præfecturis
præpositi , aut Ecclesiasticis ministerijs
mancipati : ne alterius occasione alteram
deserant, vel neutram functionem fideliter
administrent.

Non sunt huc tam accersendi qui va-
fritia, atque adeo huius mundi veterato-
rijs artib. instructi, quam probitate, & in-
tegritate atque industria commendati.
Prudentia Dei donum est, iuxta illud; vt
auris audiat & oculus videat, Deus facit.
Cæterum ea quidam abutuntur ad pri-
uatum commodū , & ad nocendum
proximo. Propter prudentiam , inquit
Sapiens R̄ex, laudabitur vir, sed improbus
pudefiet : monens prudentia sicut alijs
bonis creaturis , non abutendum , atque
etiam vitādos qui ea abutuntur, nam eos
pudefieri , ac tandem infelices eventus
parere , vt in Achitofel & Doëg declarat
sacra historia. Quare sequendi, qui verbo
Dei mentes regunt, non qui freti, vel clo-
quentiæ virib. ac humana prudentia, con-
silia cæcis affectionibus & fortunæ priua-
tisque utilitatibus accommodant.
Suäserim & hos vitandos, qui alijs Prin-
cipibus mancipati sunt stipendijs aut be-
neficijs,

CONTRA HERES

neficijs. Etsi enim scientes patiuntur plæ-
rius magni Principes consiliarios suos
stipendijs ac muneribus ab alijs honora-
ri: at meo iudicio scientes ac volentes in
sinu serpentes fouent, mirum non intel-
ligi hæc gratis non fieri. Ptolomæi Philo-
metoris adhuc pueri largitionibus cor-
rupti consiliarij, Antiocho auunculo Re-
gem suum per ætatem nondum satis in-
telligentem miserè prodiderunt, vt Da-
nielis vaticinij explicatione declaratum.

Idem ibidem.

Breuiter, talis esse debet consiliarius,
qui nihil nebulosum, nihil fallax, nihil si-
mulatum, nihil denique improbum aut
maleuolum fucatumue referat, quod vi-
tam aut famam refellat, vt Ambrosius do-
cet in officiorum libris. Alexander Impe-
rator amicos si malos comperisset, punie-
bat aut dimittebat, dicens; HIS CARIOR
EST MIHI RESPVBLC

Vide præterea prænominati libri Epistolam
Nuncupatoriam ad Illusterrimum Principem ac
Dominum, D. VVilhelmmum Ducem Iuliacensem
&c.

HEN-

HENRICVS COR-
NELIVS AGRIPPA
AB NETTESHEIM, IN LI-
*bro de vanitate scientia-
rum,*

CAP. LXVIII.

Hec reuera Aula nihil aliud, quam
Collegium Gigantum, hoc est,
nobilium famosorumque nebu-
lonum conuentus, theatrumq;
Pessimum satellitum, morumque cor-
ruptissimum schola, & execrabilium
scelerum asylum: vbi superbia, fastus, tu-
mor; rapacitas, libido, luxus, liuor, ira,
rapula, violentia, impietas, malicia, per-
fidia, dolus, malignitas, crudelitas, & que-
cunque uspiam sunt vitia, moresque cor-
ruptissimi, habitant, imperant atque re-
gnant: vbi stupra, raptus, adulteria, forni-
cationes Principū & Nobilium iudi sunt:
vbi etiam Principum Regumque matres
nonnunquam filiorum lenæ sunt. ibi sce-
lerum omnium procellæ, virtutumque o-
mnium inenarrabile naufragium: probus
quisque illuc opprimitur, pessimus quiſ-
que

que prouochitur, simplices irridentur: iu-
sti persequuntur, audaces & impudentes
eriguntur, soli illic prosperantur adu-
latores, susurrones, detractores, renun-
ciatores, calumniatores, sycophantæ,
pseudoli, famicidæ, supplantatores, in-
uentores malorum, cæterique tempesta-
tum populi, quibus peruersissima quæque
facinora in professo sunt: quorum vita
omnis turpisima; quicquid vspiam est te-
terrimarum beluarum peruersitatis, tota
hæc & omnis in aulicum gregem, quasi in
vnum corpus confluxisse videtur. Illic fe-
rocitas Leonis, fæuitia Tigridis, trucu-
lentia Vrsi, temeritas Apri, superbia E-
qui, rapacitas Lupi, obstinatio Vituli, frau-
dulentia Vulpis, versutia Chamæontis,
varietas Pardi, mordacitas Canis, despe-
ratio Elephantis, vindicta Cameli, timi-
ditas Leporis, petulantia Hirci, immun-
ditia Suis, fatuitas pecudis, stoliditas A-
sini, scurilitas Simiæ. Ibi furentes Cen-
tauri ibi pernicioſæ Chimeræ, ibi insa-
nientes Satyri, ibi fœdæ Harpyiæ, ibi im-
probæ Sirenes, Scyllæque biformes: ibi
horrendi Struthiones, ibi voraces Gri-
phi, audiique Dracones: & quicquid fata-
lium monstrorum, infelcisque portenti
vspiam

Vspiam stupet coacta natura, illuc habitat,
atque visitur; ibi omne virtutum genus,
suos patitur carnifexes atque tyrannos. In
summa, aut nequitiae, malitiae, impietati
infistendum, aut Aula cedendum. Non
impunè licet, nisi cum fatis exceat Aula,
qui vult esse pius.

Nullum ciuitatibus exitialius malum
contingere potest, quam potentis Princi-
pis Aula. hæc vbi mouetur, tanquam Co-
metes malorum omnium prænuncia, ac
veluti contagiosissima pestis, quocunque
applicat, perniciosissimam cladem se-
cum fert: vnde cunque migrat, insanabi-
lia, veluti eorum quos rabidus canis mo-
morderit, relinquit veneni sui vestigia.
Comitatur illam perpetua rerum caritas,
dum quisque ex ea lucrum captare nitit-
ur, exaucto rerum precio, quod nun-
quam postea remitti potest, magno de-
trimento: Comitatur & luxus cibariorū,
quo introductis peregrinis epulis, popu-
lus ipse patrios cibos fastidire incipit, pas-
simque popinæ & gulæ indulgens, res suas
turpiter absomit. Comitatur & fastus,
quem dum ciues mulieresque imitari co-
nantur, & singulæ domus dispositionis
suæ formulam habitumque inde mutuan-

P tur,

Or c. AVL.

tur, omnia sua in vestes & pompam pro-
fundunt. Sequitur corruptio morum in-
troduc̄tis pessimis vitijs, perniciosissi-
mum malum.

Iam verò recedens è ciuitate Aula, heu
quam foedam caudam post se relinquit?
hi adulteratas comperiunt vxores, illi stu-
pratas, & vel abductas in scorta filias, alij
supplantatos filios, alij corruptos ser-
uos & ancillas. Quid multa? fit luctus in-
gens, totaque ciuitatis facies immutata
facta est, sicut facies meretricis. Scio ego
famosam Galliarum urbem ea causa sic
peruersam, vt vix aliqua ibi matrona pu-
dica sit, vix filiae nubant virgines. quin &
palatinum scortum fuisse summi honoris
est: & seniores matronae iuniorum lenæ
sunt: eaque turpitudo sic inualuit, vt nul-
lus verecundiæ locus sit: vix maritis ipsis
vxorum meretricatus curæ est, modo (vt
ait Abraham ad Saram) bene sit illis
propter illas, viuantq; lau-
tè ob gratiam il-
larum.

DE

DE NOBILIBVS AV- LICIS.

CAP. LXIX.

AV LICVS populus duplex est: Piores partes tenent Satrapæ, Nobiles inquam illi Thrasones, qui fastu, luxu, & pompa insaniunt: induiti purpura & byfso, & opere plumario, vestibus deauratis, & circundatis varietate, quibus

*Scorta placent, fracti curuq; è corpore gressus,
Et laxi crines, & tot noua nomina vestis.*

Hi vires omnes in Venerem frangunt, tum illorum ingeniosa gula est & gustus, per omnia cultum querunt, epulantur splendide, dant & accipiunt conuiuia. Inter hos laudi plerunque ducitur, si illustri conuiuio sic sua prodigant semel, ut trimestri toto impudenter mensas circum- eant alienas: Ad istos vndique confluunt Citharœdi, Tibicines, & omne gentis Musorum, Mimi, Histriones, Parasitæ, Meretrices, Lenones, Saltatores, Venatores, & huiusmodi prodigia hominum; alunturque Canes, Equi, Lupiceruarij, Accipitres, cæteræq; armatæ aues, Simiæ & Psittaci, & si qua monstra sunt ac naturæ probra, Vrsi, Leones, Leopardi, Tigrides:

P 2 Collo-

Colloquia eorum meræ nugæ & ociosæ
 fabulæ: obtrectant, deferunt, effutiunt,
 mentiuntur, ac veris falsa commiscent.
 Hi de canibus, de venatibus, de sylvx am-
 bitu, de ambage lustrorum, de venatio-
 num euentibus, multa fabulantur: illi de
 equis, de militia, & fortiter ab se factis
 multa mentiuntur. Si adest, qui iuuideat
 æmulus, aliorum sermones obstrependo
 discutiet, alias inferendo nugas, & quæ
 sibi putet laudem gignere, sua insolent-
 ter narrabit facinora: hunc aliis sæpe de-
 mendatio conuincit, & varijs scismatici-
 bus explodit, vnde totum tunc conuiuij
 colloquium frequenter in iram & contu-
 meliam desinit; & velut in centaurorum
 conuiuijs Bacchi munera nō cessant, do-
 nec eliciant sanguinem: Ita & in istorum
 aulicorum conuiuijs sæpe hospites rede-
 unt cum cicatricibus, ac si hoc edicto in-
 uitati videantur,

Quod superest; leti bene gestis corpora rebus
 Procurate viri, & pugnam sperate parati.

Proinde verò summa istorum discipli-
 na est, obseruare tempora Principum, ne
 quid intempestiuè illis ingerant, ea que
 non ab astris, à cœlis, ab Ephimeridibus
 captant,

captant, sed à vino, à prandio, à convivio, à venatione, ab accubitu, dum exhilaratus est Princeps, & voluptatis alicuius compos, & quos alios molles aditus, & tempora norunt. Tunc nouitatum ruminculos primū aspergunt, quibus Principis aures titillant: deinde paulatim ad ea quæ cupiunt procedunt, inscriptum à natura sua habentes Aristotelis ad Calisthenem discipulum consilium, hortantis, ut cum Rege, aut nunquam aut iucundissime loqueretur, quo scilicet apud Regias aures, vel silentio tutior, vel sermone esset acceptior.

Quod si tunc cuiuis illo am Princeps aut Rex arriserit, & ad id quod loquitur annuat, si gratum quid quod dixerit, aut fecerit, si illi quid crediderit, si illum confabulatorem secum secreto abduxerit, atque alijs non ita, profecto magnus tunc erit ille in oculis hominum, iamque omnia audebit, mordebit omnes, ridebit omnes, floccipendet omnes, detrahet clanculum, reprehendet palam, loquetur grandia; nihil non audebit, quo metuant eum omnes; conculcabit inferiores, contemnet pares, superiores dignabitur, honorem &

adorationem exiget , etiam per contumeliam totus tumet & effertur , & potentiam adficitat:

- *Libertas scelerum, est virtus & summa potestas.*
- *Quisquis illi non arridet, non applaudit, etiam cum malefecerit, illico reus est: nam aut fortunæ eius inuidere, aut officio eius non deferre iudicabitur. neque ij tunc solum paribus inferioribusque infesti sunt, sed & Principibus ipsis sepe pernicioſissimi, quibus veritatis, prudentiæ, correptionis & consiliorum imagine perditissimè adulantur, & in nefanda sclera ſepiſſimè impellunt: Quemadmodum apud Lucanum Curio instigat Cæarem:*

*Quod tam lenta tuas tenuit patientia vires
Conquerimur; deeratne tibi fiducia nostri?
Dum manet hic calidus ſpirantia corpora ſanguis,*

*Et dum pila valent farteſ torquere lacerti,
Degenerem patiere togam, regnumq[ue] Senatus?*

Similes Alexander Magnus habuit instigatores , qui illum ſuapte natura insipientem, magis magisque in bella & caedes

des incenderent. Tales habuit & Robo-
am Salomonis filius consultores, tales ha-
bent & nostri seculi Principes, qui mo-
rem gerentes illorum cupiditatibus, illis
ad omne scelus parent, hortanturque, aut
sic dissuadent, ut fortius impellant, dum
rationes suas tam futilles & infirmas op-
ponunt, ut sic se conuictos passi credulo-
rum Principum confirmant errorem; v-
trobique sic decipientes, ut non possint
argui, sed de proditionis perfidia insuper
gratiā mereantur. Tales hodie habet
Gallorum Rex Franciscus ad mala consi-
lia nimium promptos, qui illum contra
Cæsarem in omnem perfidiam ac Tyrann-
nidem libenter impellerent, atque iij in-
teriorum optimi habentur atque fideles. Hæc
de nobilibus aulicis haec tenus, quo-
rum, qui unum offenderit, o-
mnium cæterorum
reus est.

OEC. AVL.

DE PLEBEIS AV-
LICIS.

CAP. LXX.

SVNT adhuc quidam plebej aulici, homines improbi animi, qui nulli in vita praesesse sciunt, sed ipsi subiectione continuagudent, iij circumeunt Nobilium domos, illisque parasitantur, mensis viuentes alienis:

Et bona summa putant, aliena viuere quadra.

Omnibus idecirco obsequuntur, omnibus adulantur, omnibus parasitantur, & omnibus omnia fieri student, plures quā Proteus species mentientes, atque in plurimum fauorem sibi concilient. Conuiuarum sermones explorare student, ut habent, quod renuncient: dissidentium autem secretos rumusculos vulpina astutia inquirunt, eosdemque nunc ad amicos, nunc ad inimicos perferunt, vtrisque se gratos præbentes, dum sunt vtrisque perfidi: eoque magis proditionibus idonei, quo ob imaginem simplicitatis minus habentur suspecti. Quumque nullum facinus sceleratus habeatur quam proditio, nullum tamen ad diuitias & dignitates in

Aula

Aula comparadas vtilius ac compendiosus, ipsisque aulicis, etiam Regibus, acceptum gratumque magis. Adhaerentitatem nobilium liminibus, &

Scire volunt secreta domus atq; inde timeri.

Quod si semel fuerint turpitudinis aprodictionis alicuius cōscij, iam euaserūt, iam caput extulerunt, Nam

*Charus erit Verri, qui Verrem tempore quo quis
Accusare potest.*

Iam familiaritas, immo necessitudo quedam nobiliorum contracta est, qua freti ad ea quae desiderant, facile accedunt.

Primum itaque querunt ut in matriculam aulicorum inscribantur, Idque illis vel sine stipendio satis est: Siquidem sola inscriptio etiam absque salario quaestuosa est, & suam prædam habet. Deinde potentes quoscunque captare non diffidunt, quos tunc solicitant blanditijs, instant obsequijs, & se muneribus ingerunt ratione confortij, aut alia quauis arte, & quæcunq; ab alijs aut periculoru metu, aut laborum intolerantia, aut lucri penuria relinquuntur, isti audiissime querunt, vigilant dies & noctes, peregrinantur, & suscepas ferunt, referuntque legationes & litteras, labores immensos aggrediuntur

P 5 & per-

& perferunt, & audent quid, breuibus
Gyaris & carcere dignum, donec ijs me-
ritis, aut scrinijs præficiantur, aut consi-
gnandi suscipiant officium, aut ærarij cu-
stodiam obtineant, aut census varia ratio-
cinia illis committantur.

Iamq; egressi laborū angustias, nullum
obsequium eorum amplius gratuitum
est, Sed omnia deinceps ad premium vena-
lia habent, & cum novo honore mutatis
moribus, omnium, quæ retro sunt, obli-
ti in anteriora tendentes, priora sua cōtem-
nunt, vlt̄iora cōcupiscūt, auaritiaq; cō-
tracti ad prædam strepitumq; lucri omnia
vertunt, fide parci, verborū prodigi, blan-
di pariter & insidiosi, sermone obscuri, &
oraculorum instar ambigui, quicquid vi-
dent, quicquid audiunt, quicquid dicitur,
quicquid agitur, cōiectant omnia in peio-
rem partē, sibi soli fidunt, se solos amant,
sibi soli sapiunt, nullius fidei aut amicitiae
credūt, sodalitatem nullam, nisi lucri cau-
sa, colunt, commodū proprium omnibus
præferunt, amicos, hospites, propinquos,
socios, quicunq; lucrū non adferunt, tan-
sodales si quis eorum occurrat, prætere-
unt, quasi ne norint quidem: si quis illorū
implo-

implorat opem, hunc verbis & promissis
abunde pascunt, plusque promittunt quā
præstant; si nihil attulerint, auxilio desti-
tuunt, & vel causa spoliant, gratiam omnē
venalem habent, virtutem omnē contem-
nunt, aliorumque laudes diuersis senten-
tijis frangunt, & post terga artificiose cui-
libet detrahunt. ipsi neminem sine exce-
ptione laudant, quemadmodum orator
ille Iulium fortunatum (aiebat) fateor, vi-
rum fortem, & quem constat strenue egis-
se quā plurima; quo tamen pacto iudiciū
repetundarum apud Indices iustos euase-
rit, mirarer quidem, si vis eloquij eius mi-
hi esset incognita. Et aliis, ●

*Felix & nato, felix & coniuge Proteus,
Et cui, si demas iugulati crimina Phoci,
Omnia contigerant.*

Præterea aulicis muneribus, Vulturum
instar, semper inhiant, vnde cunq; venan-
tur prædam, eamq; quibus possunt, veluti
Phineo obsonium, vel ipsis ē faucibus, Har-
piiarum instar, præripiunt: Aemulorum
calamitatibus gaudent, nullius malo cō-
patiuntur, nulli promissa se debere putār,
nisi pro sua libidine, nulli gratiā referunt,
sed omnes pariter aut beneficio indignos
indicant, aut negligentia prætereunt, non
nullos

Q E C. A V L.

nullos odio compensant, sed in odio gratiam fingunt, & dissimulant iram: præter Principem aut Regem, nullum alium obseruant aut verentur: sed ne hos quidem nisi aut metu, aut pro compendio.

Cumque iam ad canos usque in productionibus, in fraudibus, in ærumnis & laboribus versati, anxijs his sordibus ingentes opes sublimesque honores corripuerunt, tunc fasque nefasque confundunt, ut filios non tam honoris quam rapinæ simul & iniquitatis relinquant hæredes.

Sic serpente ciconia pullos
Nutrit, & inuenta per deuia rura lacerta:
Illi eadem sumptis querunt animalia pennis.
Sic leporum, aut capream famula Iouis & genitrix.

In saltu venantur aues, tunc preda cubili
Ponitur, inde autem cum se matura leuabit
Progenies stimulante fame festinat ad illam,
Quam primumrupto prædam gustauerit ouo.
Atque he sunt Plebeiorum Aulicorum
artes, quibus multi ex infima hominum
fæce ad amplissima munera, quæsturas,
dignitatesque condescendunt, proximam
que apud Principes & Reges suos autho-
ritatem adepti, diuitias Principibus pa-
res conflant, Regiaque extruunt palatia:
dum

dum interim nobiliores illi aulici sua
omnia in scorta, in aleas, in venationes, in
equitia, in coniuicia, in pompas, in vestes,
in fastum, profundunt, terras, castra, pos-
sessiones, patrimonia, decoquentes:

quæ tunc plebei isti emunt, in
nobilium locū his suis sce-
lestissimis artibus suc-
cedentes.



ARTA-

DIVERSI
ARTAXERXES
REX, IN EPISTOLA
AD OMNES PROVINCIA-
*rum Prefectos: In lib.
Esther.*

CAP. XVI.

MULTI bonitate Principum, & honore qui in eos collatus est, abusi sunt in superbiam; & non solum subiectos Regibus nuntiuntur opprimere, sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederunt, muliuntur insidias.

Nec contenti sunt gratias non agere beneficijs, & humanitatis in se iura violare; Sed Dei quoque cuncta cernentis, arbitrantur se posse fugere sententiam. Et in tantum vesaniae proruperunt, ut eos, qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt, ut omnium laude digni sint, mēdiorum cuniculis concutur subuertere, dum aures Principum simplices, & ex sua natura alios aestimantes, callida fraude decipiunt.

Quæ

Quæ res & veteribus probatur histo-
rijs, & ex his quæ geruntur quotidie; quo-
modo malis quorundam suggestionibus
Regum studia depraventur. Vnde prouin-
dendum est paci omnium prouinciaruni:
nec putare debetis, si diuersa iubeamus,
ex animi nostri venire leuitate, sed pro
qualitate & necessitate temporum, ut
Reipublicæ poscit vtilitas, ferre senten-
tiam.

POLYBIUS, IN LIBRO V. HISTO- RIÆ ROMANÆ.

EXIGVA plane tempora homines
quidem omnes valde exaltant, rur-
sumque humiliant, sed AVLICOS maxi-
me. Reuera enim hi similes sunt abaculo-
rum calculis. Isti enim, secundum com-
putantis arbitrium, modò ærei sunt,
modò aurei: Et Aulici ad nutum
Regis nunc beati sunt,
nunc miseri.

PLATO.

DIVERSI
PLATO , IN DIALO-
GO VIII. DE IVSTO.

IVITES quidem viros plerique laudant & admirantur , atque ad Magistratus euehunt ; Pauperes vero despiciunt . Cæterum si quis in nauis gubernatione à censu estimatione Gubernatores eligat , pauperem verò , licet gubernandi peritiorem , haud quaquam admittat , quid ex hoc securum céles aliud , quam ut male nauis ducatur ? Atqui eodem patto in quo quis alio principatu .

Idem Dialog. 4.

Si Rempublicam administrantes Legum & Ciuitatis custodes non sunt , sed esse videntur , omnem Rempub. simul perdunt .

Idem Dial. 3.

Ab ebrietate vero ipsis abstinendum . Nulli enim minus conceditur , quam custodi , vt ebrietate grauatus , ubi terrarum sit nesciat . Atque ridiculum est , custode indigere custodem .

SIMON

SIMON SCHAR-

DIVS I. C.

IN VITA PETRI DE VINEIS,
Epistolis eiusdem præ-
fixa.

Ts i nec in Friderici (ii.) Imperatoris factum , tale in Petrum Cancellarium exemplum statu- entis,nec in huius innocentiam, de qua exigua argumenta apud Historicos extant , diligentius inquiero : tamen minimè ab historia vtriusq; alienum fuerit meminisse, s̄epe etiam viros fide & innocentia præstantes , gratia Regum ac Principum quam sibi benefactis peperissent, minima occasione lapsos , atque infalsam suspicionem vocatos , vitæ periculum subiisse; vt omnium gentium historię abundè testantur.

Quantus vir Parmenio apud Alexandrum fuit , tamen optimus senex tam de patre, quam filio Rege, præclarè meritus, cum filio Philota miserabiliter necatur?

Eusenidem tanta apud Ptolemęum Regem gratia florentem , vt nihil ad eam accedere

Q.

cedere

DIVERST

cedere posse putaretur, Rex cum muliere
à se adamata colloquentem deprehen-
dens, ante ædes eius, venenato poculo ex-
tinctæ, stulta Zelotypia suspendi iubet.

Alcimenides, referente Plutarcho, Pan-
nonianum in tantum fastigium cuectum,
vt solus regni negotia, magno cum Rei-
publ. commodo atque honore admini-
straret, locum venationis, ibi, vbi ipse af-
sereret, esse negantem, præcipiti ira accen-
sus, eodem ductum capite truncat.

Philippus, Rex Macedonicus, Aratum
Sicyonium, virum sapiëtia, iusticia ac mo-
deratione insignem, cuius consilio mul-
ta præclare gollerat, vna cum filio, veneno
tollit.

Valentinianus Imperator, Aëtium præ-
stantissimum Duce, cuius opera inge-
nantes Attilæ copias in campis Catalaunicis
profligarat, falsa suspicione motus interi-
mi curat.

Et quas Iustinianus in celeberrimum
sui temporis Duce Bellarium causas
sæuitiæ alias, præter falsas suspiciones ha-
buit, cum eum post deuictos Vandulos,
ac Persas, omni dignitate oculisque pri-
natum, ad stipem mendicandum com-
pulit?

Iusti-

Iustinius quoque, Iustiniani successor, non alijs causis, quam falsis suspicionibus, inductus, Narsi Persamenio summo Duci, cum Italiam sedecim annos magna dexteritate rexisset, imperium abrogat, durius cum ipso acturus, si ad pensa in gynæceo absoluenda redire, quam Neapoli priuatus viuere maluisset.

Prætereo hic libens Seianum, Paulianum, Cleandrum, Eutropium, & alios, quorum prior apud Tyberium, alter apud Seuerum, tertius apud Commodum, ultimus apud Theodosium secundum, Imperatores, summa gratia atque potentia cum valuisse, omnes inconstantiae fortunæ aulicæ, magis diuino iudicio, quam Imperatorum suorum culpa, pessimi syphophantæ, exemplum fuere. Sed priorum fortuna, quæ innocentia probata, ac cum ingratitudinis aulicæ exemplo coniuncta est, ob oculos proposita, agnoscamus, Pindarum Pythiorum hymno quarto, verissime scripsisse: hoc ferè accidere viris de Repub. benemeritis, ut pro beneficijs pessimam gratiam auferant: cum, ut idem alibi inquit, antiqua gratia facile dormiat, & homines sint immemores: simulq; recordemur, potētum familiaritatē peri-

DIVERSI

culosissimam. Quia cum velint excellere
& colli, nec quisquam adeò circumspctus
& cautus sit, vt non interdum aliquid di-
cat, aut faciat contra eorum voluntatem,
facilè offenduntur, & offensi, spe & op-
inione multorum citius, cupiditati vindi-
ctæ frenos laxant. Imò, quemadmodum
in vulnere prius apparet sanguis, quām
plaga; & quemadmodum prius emicat
fulgur, quām tonitru audiatur: Ita ex sen-
tentia Plutarchi, apud Tyrannos, hoc est,
(interprete Erasmo) Principes ferè o-
mnes, prius erumpit condemnatio, quām co-
probatio, & perijt delatus prius quām co-
arguatur. Vnde veteres Græci, referente
Suida, rectissimè præcepere: ἀλευ ἀπὸ μει-
ζονος ἀνδρος: Maiorem vitato virum. Et Sa-
lomon Prouerb. cap. 23. idem admonens
inquit; Cum sedes vt comedas cum po-
tentie, sis cautus, & ponas cultrum in gut-
ture tuo, vt serues animam tuam. Et idem
non sine graui causa dixit; Iram Regis,
nuncium esse mortis. Extant quoque ea
de re aliae admonitiones, hinc inde, non
tam poëticæ, quām politicæ, vt;

*Dulcis in expertis cultura potentis amici,
Expertus metuit.*

Item:

Item:

*Pſibus edolto ſi quicquam credis amico,
Viue tibi, & longè nomina magna fuge.*

Nec illa Senecæ præclara ſententia o-
mittenda eſt,

*Stet quicunque volet potens,
Aulae culmine lubrico:
Me dulcis faturet quies.*

Et quidem hæc ita vera ſunt, ut qui velit
huius commonefactionis exempla, nō fo-
lum ea in historijs superioris etatis facili-
mè inuenire, ſed & ad Aulas potentiores
oculos circumferēs viua exempla intueri
poſſit. A quorū cōmemoratione cum ob
alias cauſas, tum verò & hanc libens abſti-
neo; quod ea plures offendī, quām incon-
ſtantiam fortunæ aulicæ oſtendi, verear.
Ideoq; ea omissa, vice colophonis Plutar-
chi ſentētiam in vita Arati ſubijcio, omni-
bus gratia & autoritate apud magnates
florētibus perpetua memoria tenendam,
Amiciciæ (inquit) Regū ac Tyrannorum
feruentes ac repētinæ ſunt, & ardore quo-
dam amoris ſubito incenduntur: ſed la-
befactari expugnarique facile poffunt, &
veluti ventis inuidiæ, atque flatibus calu-
mniae, affiduè agitantur.

DIVERSI.

XENOPHON,
IN LIB. I. DE DI-
CTIS ET FACTIS
SOCRATIS.

ORABAT autem Deos simpliciter, bona largiri: Deos scilicet optime scientes, quae bona sint. Petentes verò *Aurum*, aut *Argentum*, aut *imperandi* alijs potestatem, aut aliud quid huiusmodi, nihil aliud existimabat petere, ac si ludum *Aleæ*, aut prælium, aut aliud quid orarent, cuius planè incertus esset exitus.

CICERO, IN
LIBRO V. TVSC.
QVAESTIO.

CVM quidam ex Dionysij, Syracusano-
rum Tyranni, assentatoribus Damo-
cles commemoraret in sermone copias
eius, opes, maiestatem, dominatus, rerum
abundantiam, magnificentiam ædium re-
giarum, negaretque vñquam beatorem
quenquam fuisse, Visne igitur, inquit, ô
Damo-

Damocle, quoniam hæc te vita delectat,
ipſe eandem degustare, & fortunam expe-
riri meam? Cum ille ſe cupere dixiflet,
collocari iuſſit hominem in aureo lecto,
ſtrato pulcherrimo, textili ſtragulo, ma-
gnificis operibus picto, abacosque com-
plures ornauit argento, auroque cælato.
Tum ad mensam eximia forma pueros
delectos iuſſit conſistere, eosque ad nu-
tum illius intuentes diligenter ministra-
re. Aderant vnguenta, coronæ, incende-
bantur odores, mensæ conquisitissimis
epulis extruebantur. Fortunatus ſibi Da-
mocles videbatur. In hoc medio appara-
tu fulgērem gladium ē lacunari ſeta equi-
na aspensum demitti iuſſit, vt impende-
ret illius beati ceruicibus, itaque nec pul-
chros illos administratores aspiciebat,
nec plenum artis argentum, nec manum
porrigebat in mensam, iam ipſæ deflue-
bant corone, deniq; exorauit Tyran-
num, vt abire liceret, quod
iam beatus nolle
effe.

DIVERSI

MARCEL. PA- LINGENIVS,

In Leone.

NAM qui summa tenent rerum fastigia Reges,
Sollicitudinibus maioribus, atque tumultu
Iactantur grauiore quidem; Sed vulnera vulgo
Tanta latent, tacitiq; gemunt, celantq; dolorem.
Adde aliud quoque, quod cruciat comes improbus
ipsos
Assidue, metus atq; timor: Suspecta q; eisdem
Omnia sunt. hinc insidias, hinc dira venena
Concipiunt, soli nec possunt ire, nec audent.
Nec sine fas illis pragustatore comesse.
Obona libertas precio preciosior omni,
O summum primumq; decus, qua prorsus adempta
Nil gratum, nil dulce viris, & viuere mors est.
At pauper nocte atq; die securus ubiq; est.

Idem in Tauro.

— gratius ouo

Et cicere est vesci, atq; famem compescere porro,
Nauta aut fossori; quam Regibus & Reginis
Quicquid terra ferat lauti prandere, vel vnda.

CICERO.

CICERO , IN LIBRO III. DE LEGIBVS.

NON tantum mali est, peccare Principes, (quanquam est magnum per se ipsum malum,) quantum illud, quod per multi etiam imitatores Principum existunt. Nam licet videre, quæcunque mutatione morum in Principibus extiterit, eandem in populo secutam. Nobilium enim vita, vietuque mutato, mores ciuitatis mutari solent. Nec solum vitia concipiunt ipsi Principes, sed ea infundunt in ciuitatem : Neq; obsunt, quod solum ipsi corrumpuntur, sed etiam quod corrumpunt, plusq; exemplo, quam peccato nocent.

Hinc recte Martialis scribit ad Domitianum, Epigrammatum lib.9.

NEMO SVOS (H A E C E S T A V L A E N A -
T V R A P O T E N T I S)
SE D D O M I N I M O R E S C A E S A R E A -
N V S H A B E T .

Et Claudianus de 3.Honorij cons.

— componitur orbis
Regis ad exemplum, nec sic inflectere sensus
Humanos edicta valent, quam vita regentis :
Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Q S ALPHA.

DIVERSI
ALPHABETVM AVLI-
CVM GRAECVM.

Αυλῆς φανταστικῶν προσωπῶν ἐπιδίημι Θεῖαι καρφ.
Αυλὴ ἀπειρονάλωμ ἀνδρῶν ἀγεραχόφραγηνικ.
Βασιλόγονος βασιλῆς βίου βίωσας βεβιλον.
Γλώσσαργος, γλαφυρή, γλυκύφωνος, γοργο-
προσωπός.

Δωροδόκος, δίψη, διαδημοφόρος, δολιόφρεωψ.
Εκγονος ἐλέγχων ἐρίδων, εὐπληκτός ἐρωτή.
Ζαπλάτος, ζαμενής, ζωφθορίας γιτζά.
Η δονοπλήξ, ἡρωοφάνης, νιθισμενη ἡβη.
Θηρομάνης, θερη, θρασύδελος, θαυματοεργος.
Ι μερτοίσιψ ισώπις, ιυγοτρεφής, ιταμοφρεψ.
Κινοφόρος, κατυρή, κλεομῆδης, καλλιέπει.
Λαγύη, λειοδιαιθείμωψ, λακυρή, λαβέταιρος.
Μισθοπ ιθυμάτερα, ματσηή, μαλδαρορίμωψ.
Νωθρή, νικέειοτη, νομιών θόσοισι νέμος.
Ξύμφωρος, ξένωψ ξιωπ δισφθάρτωψ ξιωαγεψ.
Ο γκάδης, ονοσανδρός, οφειλέτης, οβριμογνω-
μωψ. (ριεργος.)

Π αυτοτρόπος, παραστίσφιλος, πολυθρός, πε-
ρηξίνομος, ραδινή, ρατωδός, ρητορόμικτος.
Σ απρόλογος, σκατη, σκολιόμυθος, σινάμωρος.
Τρυγίβιος, τιμαλφής, τρωξειδρωτοπενήτης.
Υ γροφηνή, ύψηλόφρεψ, ύπνηλος, ύπνηλος.
Φοταλεη, φάνλη, φιλοκερδής, φαντασιόδης.
Χρυσοβασφής, χαριτόγλωσσος, χαρρόσα χλη-
δηση. (γενε)

Ψευδάρετος, Ψεύτης, Φοροειδήστης Μίκοσμος
Ωαζύστης ὄμης, ὀπελυντής, ὄγυγιόφρων.

ALPHABETVM AVLI- CVM LATINVM. PRO- OEMIVM.

OMNIA nec paucis præconia versibus Aule,
Comprendi charta nec potuere breui.
Qui tamen ista leges, quibus insigniuimus Aulam,
Præcipua è multis nomina vera leges.

ΠΑΝΤΑς γαρ δι' οὐ πωσκαῖσθαι εἴηστ, καν επικόρε
σοιχειῶν αρχαῖσταροθεῖ τοσ αῖσιων.

- A**ula profanatæ sedes aptissima menti.
- B**ullatis gaudens titulis, spe diues mani.
- C**onsilijs inimica bonis, contraria vero.
- D**elitijs pregnans, hamata fertilis esca.
- E**rrorum speciosa domus, fraudisq; malignæ.
- F**ortunatorum speciem mentita locorum.
- G**loria ventosis quam tollit in æthera pennis.
- H**umanos simulans conficto lumine vultus.
- I**nuidiæ atq; odij diro suffusa veneno.
- K**evlœvρων διειώπισ δικυρίσ αἰολο δίεμων.
- L**udorum querens varias ignauas latebras.
- M**uneribus dextræ obuertens semper apertas.
- N**omina falsa gerens fucosæ subdola laudis.
- O**mnia latifice referens ad gaudia Vitæ.
- P**rincipijs ut blanda suis, ita sine molesta.

Quarta

DIVERSI

Quarta tribus Furijs soror addita Terpsiepiā.

R egnorum ostentans elata insignia dextra.

S orte potens, vera nulli ratione benigna.

T emporibus confusa, sine ordine, mobilis, exlex.

V ixtutem simulans, vitiorum immersa profundo.

Ξυσόβιόσ τε Θύνοφλυξ, τεθαλύιξ ταλοιφῆ.

Υλομανήσ Εθηρομανήσ τε καὶ ἵππος θάμεια.

Ζωῆσ τάχεγαλέησ μεθοδόσ, Εταντάλος ἄλσος.

ALIVD.

A ulæ eadem est omnino fides, quæ mobilis aura.

B landitur, sed post mordet, ceu Scorpius, Aula.

C onfilijs raro melioribus vtitur Aula.

D ifsimulet, regnare diu qui poscit in Aula.

E xulat Integritas, Probitas, & Candor ab Aula.

F erre moras, iram frenare, docemur in Aula.

G rande decus ridere bonos censemur in Aula.

H orrent vera loqui, cupiunt qui crescere in Aula.

I nuidiam qui ferre nequit, discedat ab Aula.

K yrie, qui senuere, canant Eleison, in Aula.

L anguent virtutes, regnat scelus omne per Aulam.

M uneribus mentes hominum capiuntur in Aula.

N ugas Aula leues, & fumos vendit inanes.

O cia quisquis honesta cupit, discedat ab Aula.

P orta Erebi in terris Aula, & tua Täiale pœna est.

Q uestus adulari, & mentiri primus in Aula.

R ara auis in toto vere pius Aulicus orbe.

S inceris, & simplicibus, V a semper in Aula.

T ur-

Turpe senex & inops quādō incolit Aulicuſ Aulā.
 V it& difficilis methodus bene dicitur Aula,
 X anthe retro ibis, erit quando constantia in Aula.
 Y dra Aula est, capitū multorū, horrenda Venenis,
 Z enones fatui ſunt atq; Thrasones in Aula.

Incerto autore:

Ferre moram, moderari ir&e, contemnere rīſus,
 Dura pati, cunctos Aulica Vita docet.

Et;

Regum ſollicita quicunq; ſenescit in aula,
 Aut fuit, aut ſemper poſtulat eſſe miſer.

ARGVMENTVM AVLAE SYLVIANAE ET HVTTENIANÆ.

AD

Hieronymum VVitzendorff, patricium
Lunæburgenſem.

HENRICI PETREI
HERDESIANI.

Non Vuitz dorſſe malos auſim defendere mores,
 Ac ſordes, nugasq; leues mutabilis Aula.
 Ah leuis eſt, Vit& q; ſue, ver& q; ſalutis
 Prodigus, errabunda ſubit qui limina Regum,
 Seq; fer& dubijs ambagibus implicat Aula.

Ocia

DIVERSI.

Otia sunt potiora domi, quam seria Regum
Militiaeq; domiq; referta negotia curis.
Aedibus in proprijs si res tibi certa, quiesq;
Inq; Aulam nec fat a trahunt, nec cogit egestas,
Ne te sponte malis socium regalibus adde,
Nec res arbitrio proprias committe Potentum.

Vtilior multis Aula, Regumq; coronis,
Caula fuisse iners: satis hæc, VVitz dorffe, superq;
Ostendunt Veterum casus, & facta recentum,
Mirandeq; Vices Procerum, Regumq;, Ducumq;,
Doctorumq;, Equitumq;, serox quos Aula rotarum
More rotat, iucunda rudi spectacula Vulgo.

Non Animi, non Fortunæ, non Corporis
Aula

Lægitur Bona, sed perdit non donat Honores
Diuitiasue Pijs stabiles, sed semper hiantes
Detinet, euentuq; bonos eludit inani.

Non nisi deceptus, quisquam Sapientior Aula
Exiit, heu magno talis Sapientia constat.

Non Robur, Viresq; tuas, non commoda Vita
Auget, at eneuat, tollitq; Volubilis Aula.

Non aliunde minus constans & vera Voluptas,
Quam dubie miseris venit è penetralibus Aula.
Plura dolenda vident Oculi, quā grata: minusq;
Lætitiae veri, pia captabitis Aures
Quam falsi prauiq;, diu quas Regia lactat.
Quam vero tetros hac bellua spirat Odores,

Quam

*Quam nil laue bonis Tactu, nil suave relinquit
Gustatu, quamvis tot alat Ventrissq; Gulæq;
Seruos, & tantos Epicuri de grege porcos.*

*Qui morbos, & acerba fugit dispensia vite,
Culmina Sæna Ducum fugiat, Regumq; penates.
Qui volet esse pius, qui sobrius, impia non hic,
Ebria non intret penetralia futilis Aulae.
Qui volet esse suus, rigidæ qui se dare non vult
Mancipio Dominae, Seruæ ne seruiat Aulae.*

*Lene quidem Iuueni Virus, tacitamq; propinat
Dulcis amariciem Lethes. Vultusq; serenos
Porrigit, ac nutus præbet, dextræq; benignas.
Tum blandas SIRENAS habet, quæ protinus ore
Arrident, faciliq; trahunt in limini cantu.
Ast ubi contigeris penetralia, plena serorum
Omnia, monstrorumq; vides, rigidosq; Gigantes,
Cyclopasq; truces, & Semiuitros Centauros.*

*Non ullo tot mōstra freto, Scopuliue, nec imbræ,
Infestant Nautas: non sic Eurusq;, Notusq;,
Non Zephyrus, Boreasq;, mari bacchantur in ullo,
Vt Boreasq;, Notusq;, sera bacchantur in Aula.
Aula frētū, gurgesq;, vorax, vbi sœua CHARYBDIS,
Et SCYLLÆ rabies monstrosa, Virosq;, Ratesq;,
Deuorat, hoc nātes quot cernis in Aequore, quos iam
Pœnituit vere, sed sero, flebilis Aulae.*

*O fortunatum, Mare qui tam fleibile nunquam
Nauigat, experto credens: insignia gentis*

Rafelli

DIVERSI

Rastelli Vuitz dorffe tuae, probitatis autem
Indicium, moneant placidis te viuere terris,
Non tumidos innare lacus, vndasue marinas.
Nonne coles sapienter agros, & sobria Villae
Rura tuae, si vel clypeum, vel nomina gentis
Pulcra tuae, crebrasq; vices respexeris Aulae?
Audi quos usus docuit, rerumq; magistra
Aetas, & cautos quos experientia fecit.
Audi age facundo monuit que Syluius ore
Aulicus, Huttenusq; tonans, & clarus Erasmus,
Dum tumidam viuis pinxere coloribus Aulam.

Dicite facundi mea dicite cura Poetae,
Tum varios Aulae casus, & fata Potentum
Irrequieta, boni tum dona salubria Ruris,
Et Phœbi, comitumq; nouem tutissima diuis
Ocia cum Nymphis, nobis diuina Maronis
Musa Ducum memora curas, fastumq; metusq;
Et fortunatos solis dic optima syluis
Agricolas, sua priuatim qui commoda norunt.

LVCAEI

LVCAEV S ANDREAS RESENDIVS LVSITANVS,

AD NOBILISSIMVM VIRVM
DAMIANVM à Goes, Equitem Lusita-
num; ad quem cum aliàs, tum Elegiam 7.
libri 3. scripsit etiam Sabinus. Car-
men nusquam hactenus im-
pressum.

Exemplo, Damiane, malo, qui primus in Aulam
Duxit Apollineos vates, fecisse videtur.
Attamen exemplo multo peiore Poëtæ
Iudicio fecere meo, qui Regibus illa
Ocia Musarum spe prodegere lucelli;
Siue illi adducti, siue irrupere coacti
Pauperie. quorum vita tamen error agendæ
Hoc tolerabilior, quo forsan iniquior ipsa
Sæuýt in quenquam aduerso Rhamnusia vultu.
Ecquid enim miseris suadere domestica pestis
Paupertas non poscit? ei nec Apollo negaret
Consultus veniam, veteris nec vallibus Ascræ
Nec bonus Aonidum sacro interdiceret anni.
Aste ego, cui (quanquam non diues, & in tenui re
Sum modo, & ante fui) vsque adeò male non fuit
vnquam,

DIVERSI

Vt saltem vitrei cyathi, purumq; salillum,
Candida mappa, tripes decesset mihi mēsula, & horti
Copia lēta mei, quónam, Damiane, piabo
Thure, quod exosa viuam patienter in Aula?
Cum tamen hic illis, quæ non fortuna negauit,
Sua uiter, & curis vacuus bene viuere possim?
Possum equidē, Damiane, tamen me sāua meorum
Sollicitudo premit, quibus ut paulo & decus & res
Fors magis augescat, conieci memet in Aulam.
Ni faciam id clamant omnes, me protinus hostem
Et desertorem consanguinitatis; at illi
Ipsi qui sese desertos esse queruntur,
Si mihi Lar friget, loculis & squalida mōret
Nonnunquam exhaustis raro nidore culina,
Non magis adūtant, ea siue incommoda prōstant,
Quam si alerer ventis, matutināue pruina,
Rorēue deciduo, noui experiorq; subinde,
Et tamen hēc animum induxi perferre patiō,
Nescio quam prudens, certe pius, & pius vltra
Quam teneor; nam nec supereft sanctissima mater,
Nec genitor, raptus mihi vix dum bimulus esset.
Ipse autem cœlebs, & Musis aptior orbus,
Non male vixiſsem peregrē, quando ocia doctis
Docta viris nunquam dat Lusitania nostra.
I miser, & libros sepeli, contemne Thalam,
Aula frequentanda est, veniat te nullus in illam
Mane prius, nullus redat te serius inde:
Fac Regem videoas, nec tu nisi visus abito.

Interē

Interea expectans, dum non admitteris intro,
 Illic contracta malas oscedine rumpe
 Marcidus, aut vngues cultello rade, nec illis
 Qui prope te sedeant, risu si forsitan atro
 Quem ridere volent, contrarius esto, sed auge
 Non nihil, his ipsis post id fabella futurus.
 Hoc tibi sit studium, vita hac adolesce seneq.

Dixerit hic aliquis, benè habet, patet ergo Poëtis,
 Et doctis patet Aula viris; Patet Hercule, sed quid
 Prodest? maiestas non usus queritur illis.
 Et si maiestas non usus, scire velim, quæ
 Emolumenta miser possit sperare Poëta?
 Præter nescio quem forsan splendoris honorem?
 Esse puta notum, & Proceres numerarier inter
 Ut summum: sed si census tibi desit quietus,
 Fortiter esurias, esto tamen Aulicus, atq;
 Spe blandire tibi, serui spe, spem tere longam,
 Lusit at egregios lepide spes ista Poëtas.
 Postquam nummuori Legum Iurisq; Tyranni
 In Regnum & Reges regnum obtinuere, Poësis
 Pessum ijt; eloquijq; decus, Sophiaeq;, forenses
 Vulturij pressere iugo. Res digna perenni
 Contigit historianuper. Non ambigis ipse
 Regibus ut faueat, cunctis magis omnibus, vnuis
 Diuus Ioannes, si præmia ponere doctis
 Obscenæ hæsinerent Harpyæ, hærevereq; Vates
 Parte in nonnulla humanè paterentur, haberent
 Ut vel postremas, prima queis iure darentur.

D I V E R S I

Ille suo ingenio in Sophiam propensus honestam,
Quidquid Aristoteles argutus, quidquid amoenus
Dixerat ante Plato, mirè cognoscere auebat,
Ut melius quoniam pacto foret ipsa gerenda
Publica res, sciret, consultis vrpote libris,
Fallere quod nequeant, quod non affectibus ullis
Succubant, quod nil sperent, metuātūe, nec aquum
Calliditate mala faciant videatur iniquum.
Ergo adsumptus erat, qualem decet esse magistrum
Discipuli, cuius diues timet India nutum.
Atq; dies aderat cōptis ingentibus ante
Dictus, & hora, suæ metuens quum prouida parti
Factio, que Leges, vili que nundinat ære
Iura sacra, irrumpit, & que portent arogabat
Illa forent? Ecquis terræ pelagiq; potentem
Discipulum faceret? quæ carnificina Sophorum
Tanta erat, ut Reges etiam cruciare tremendos
Auderet? sine fruge? quasi tum deniq; Reges
Vllum operaè facerent precium, Si nomen Achæe
Dent Sophiæ, aut chartis se tristibus vsq; fatigent:
Aut quasi Nicomachi, prolesue nemusq; Licei
Quidquam conserrent, Academi aut villula, præter
Argumentosas nebulas, comitemq; tumorem?
Effe satis Regi, Iuris Legumq; peritis
Fidere, regnorumq; illis committere curam.
Quod si tantus amor studiorum, tanta libido,
Iura legat potius, Sapiens quid Bartolus, aiunt,
Quidq; sagax Baldus, vehemensq; Accursius, horum
Quod

Quod responsa trium Phœbei sortibus antri
 Certa magis soleat Rabularum credere vulgus.
 Deniq₃, vicerunt, quamvis non quatenus ipſi
 Optabant, vicere et amen, secumq₃ triumphant,
 Eualuisse Duciſ firmatam obuertere mentem.

Hec vbi barbaries, vbi monſtra, vbi talia morum
 Sunt portenta, quibus quantum libet & licet, ultra
 Viuere meū iuuet? Viuat heic Chæliuſ, vni Hic Che-
 Cui vatum placet Aula, decus nomenq₃ Poëtae liuſ Poë-
 Quod cupid, amoris habeat triualibus vnuſ. ta in Au-
 Nos Aule nostrum hunc certè preponimus Oſſan, la Regis
 Oſſan dena mea diſtantem millia ab urbe, Lufita-
 Mentitum aspectu faciem Sulmonis aquoſi. niæ fuit,
 Et ſi ſeruitio me exire liceret honeſtè, maxim⁹
 Huc ego, quando aliud iam non datio, huc ego ſalte oſor Eras.
 Confugerem, & ſuaues peterē mihi monte latebras. Roterod.
 Nunc cerasorum inter lucos, umbrosaq₃ Tempe;
 Nunc riguis inter latos conualibus hortos
 Citriferos errans, in carmina ſape Bimatrem
 ſaepq₃ Laotiden in carmina compellarem.

At modo vix toto verſum componimus anno,
 Et niſi me redimo, video, Damiane futurum
 Omnino ut pereat, quanquam non aurea, Luci
 Vena tui, certè nec plumbea, me niſi forte
 Plus amo, quam credo. & ſanè ſi deniq₃, tandem
 Diſſacerent, ut me abſq₃, nota leuitatis, iniquis
 Eripere hiſ poſſem fatis, & liberare,
 Non ſine me ſocio, tu nunc Antenoris urbem

DIVERSI

Incoleres: tecum Lius memorabile bustum
Visere, tecum etiam Pataui letissima rura,
Aut manno celeri, aut Cisio per agrare volanti
Dulce foret: nunc aduerso me flumine vectum
Vicini Eridani, vatum figmenta notare
Incunda, Heliades qua diriguisse feruntur
In ripa mœste; quānam Stheneleius Heros
Casum infelicitis pueri dum fleret, olorem
Versus in argutum, niueas assumserit alas;
Nunc prona Hadriacas Brenta descendere in vndas,
Littoreq; Euganeo peruestigare Timauī
Hostia, num mānent, extent num montibus illis
Fluminis ora nouem, dio celebrata Maroni?
An magnum vsg; adeo tellus absorpscerit amnem,
Ut ne parua quādem superent vestigia? quantas
Voluerit vndarum vasto cum murmure moles?

Hanc, Damiane, puta veram me credere vitam
Vatibus, hanc dignam mentis melioris, etq;
Posse via famæ decus immortale parari:
Non inter fumos ventosæ nobilitatis,

Atq; palatinos scurras, vrgere senectam
Morosam ante diem, in uitiosq; accersere canos.
Languiduloq; pati ingenium sordere veterno.

Hæc tibi de multis summatim pessima vite
Fatam etiam exposui: qua me non scribere solum
Verum etiam memoriare piget. qua cautor ipse
Non secus cuāsti, atq; olim Symplegada ferrur
Erasisse vagam ductor Magnesidos Argus

Quam

Quum Phasin peteret: quare non nescius horum,
 Desine me infestis posthac agitare querelis,
 Si mea, quod nolles, tibi carmina rara ferantur,
 Et bonus assuescas tandem ignoscentior esse.

Eboræ ad vi. Calend.

Nouemb. Anno

M. D. XXXV.

IOHANNES
 POSTHIVS, ME-
 DICVS, ET POE-
 TA CLARISS.

Ad
 MELISSVM.

QVI trahere infelix specioso in carcere vitam,
 Cunctaq; dura pati vult sp̄ote, moretur in Au-
 Qu: seruis seruire, moram qui ferre recusat, (la.
 Seq; irridendum pr̄bere, recedat ab Aula.
 Spemq; metumq; inter dubius qui viuere non vult,
 Omnia qui nescit simulare, recedat ab Aula.
 Qui vere esse pius, qui sobrius esse laborat,
 Quiq; valere diu, nocituram deserat Aulam.
 Aula locus, fortuna suos ybi lubrica lusus
 Ludit, & exaltat nunc hos, nunc deijcit illos.

R + Aula

DIVERSI

Aula Mare est, quo non aliud furiosius vllum,
Non, quo naufragium contingat crebrius, vllum.
Aula fera est caput multorum bellua, seruos
Pessum dans plerung_s suos. O terq_s quaterq_s
Infelix, fatua quicung_s, senescit in Aula.
At contra felix ô terq_s, Melisse quaterq_s,
Ambiguam sapiens Iuuenis qui liqueris Aulam.

D. AND. ALCIATVS,
EMBLEM. CXIII.

Heroum genitos, & magnum fertur Achillem
In stabulis Chiron eruditissime suis.
Semiferum Doctorem, & semiuirum Centaurum,
Assideat quisquis Regibus, esse decet.
Est fera dum violat socios, dum proterit hostes;
Estq_s homo, dum simulat se populo esse pium.

Idem Emblem. CLX.

Vana palatinos quos educat Aula clientes,
Dicitur auratis nectere compedibus.

EX LAZARI COLERI,
IVRIS CONSULTI DISER-
tissimi, quodam pro-
pemptico.

Aula foris picto similis mihi visa libello,
Qui tragicis intus plena dat acta malis.
P. M. E.

P. MELISSVS. S. IN
SHEDIASMATVM RELI-
quijs Terpsichor.

*Splendida magnificis paupertas regnat in Aulis,
Ista domi nostra subditur, Aula vale.*

Idem ibid.

*Promtius è silicis venis expressero lymphas ,
Aut liquidum è dura mulsero lacte petra,
Debita quam molli prece discutiantur ab Aula
Aera, catenatis Petre ligata seris.*

Idem ibid.

AD CONRAD. LEICHT. DE
MALLIO AVLICO.

*M*Agistellus ineptus iste, Leichti,
Stipatus Bacularijs ineptis,
Et Sclauo, Stolidoq; Ruffiano,
Aulicam nucibus scholæ relicta
Vitam proposuit periclitandam.
Ut primordia firmiora constent,
Oblongas Afinitegat quod aures
Vno pileolo caput renodans
Contentus minime est, coq; duplo,
Ni duplum insuper alterum priori
Imponat, redimiculis reuinctum.
Leichti, quid rogo suspicaris ? an non

DIVERSI

*Est hoc stulticia addere insolenti
Multo stulticiam insolentiorum?*

THOMAS MORVS, IN
AVLICVM GALLICAE LIN-
GVAE AFFECTATOREM.

AMICUS & sodalis est Lalus mihi
Britanniaq; natus, altusq; insula.
At cum Britanni nos Galliae cultoribus
Oceanus ingens, lingua, mores, dirimant,
Spernit tamen Lalus Britannica omnia.
Miratur, expedit q; cuncta Gallica.
Toga superbit ambulans in Gallica,
Amat q; multum Gallicas lacernulas,
zona, locello, atq; se gaudet Gallico,
Filtro, bireto, pileoq; Gallico,
Et calceis, & subligare Gallico,
Totoq; deniq; apparatu Gallico.
Nam & vnum habet ministrum, eumq; Gallicum,
Sed quem (licet velit) nec ipsa Gallia
Tractare quiret plus (opinor) Gallice,
Stipendij nihil dat, atq; id Gallice,
Vestitq; tritis pannulis, & Gallice hoc,
Alit cibo paruo, & malo, idq; Gallice,
Labore multo exercet atq; hoc Gallice,
Pugnisq; crebro pulsat, idq; Gallice.
In cœtu & in via, & foro, & frequentia,
Rixatur obiurgatq; semper Gallice.

Quid?

Quid? Gallice illud? imo semigallice.

Sermonem enim (ni fallor) ille Gallicum

Tam callet omnem, quam Latinum Psittacus.

Crescit tamen, sibique, nimirum placet

Verbis tribus si quid loquatur Gallicis:

Aut Gallicis si quid nequit vocabulis,

Conatur id, verbis licet non Gallicis,

Sonoque, saltē personare Gallico,

Palato hiante, acutulo quodam sono,

Et foemina instar garrientis molliter,

Sed ore pleno, tanquam id impleant fabae:

Balbutiens videlicet suauiter,

Pressis quibusdam litteris, Galli quibus

Ineptientes abstinent, nihil secus

Quam Vulpe Gallus, rupibusque nūta.

Sic ergo linguam ille & Latinam Gallicè,

Et Gallice linguam sonat Britannicam,

Et Gallice linguam refert Lombardicam,

Et Gallice linguam refert Hispanicam,

Et Gallice linguam sonat Germanicam,

Et Gallice omnem, prater vnam Gallicam,

Nam Gallicam solam sonat Britannice.

At quisquis insula satus Britannica,

Sic patriam insolens fastidiat suam,

Vt more Simia labore fingere

Et amulari Gallicas ineptias,

Ex amne Gallo ego hunc opinor ebrium.

Ergo ex Britanno ut Gallus esse nititur,

Sic dij iubete fiat ex Gallo capus.

Idem.

DIVERSI

Idem,

Lubrica non seruat certum nunc Aula tenorem,
Sed rotat instabilem cœca subinde rotam.

Sternere summa libet, libet infima tollere, rerum
Inq³, vicem nulla vertere lege vices.

Maxima cum bona sunt, iam sunt mala proxima:
rurus

Maxima cū mala sunt, proxima iam bona sunt.
Forti animo mala fer, nec bis miser esto dolore,
Ne cito venturis p^ræmoriare bonis.

Idem,

Magna diem magnis exhaustit cura Tyrannis,
Nocte venit requies, si tamen illa venit.

Nec tamen hi pluma requiescant mollius illa,
In dura pauper quam requiescit humo.

Ergo Tyranne tibi hæc pars felicissima vita est,
In qua mendico partamen esse velis.

Idem.

Ferme dimidium vita dormitur, in illo
Aequales spacio diues in opif^q iacent.

Ergo Cræse tibi, Regum ditissime, vita
Ferme dimidio par erat Iulus egens.

Idem.

DISCRIMEN TYRANNI ET
PRINCIPIS.

Legitimus immanissimus
Rex hoc Tyrannis interest,

Seruos

Seruos Tyrannus quos regit,
Rex liberos p̄tat suos.

Idem.

**PRINCEPS NON SATELLITIO,
SED VIRTUTE TUTVS.**

Non timor iniuisus, non alta palatia Regem,
Non compilata plebe tueruntur opes,
Non rigidus vili mercabilis ære satelles,
Quis sic alterius fiet, ut huius erat.
Tutus erit, populum qui sic regit, utiliorum
Ut populus nullum censeat esse sibi.

Idem.

Populus consentiens regnum dat &
aufert.

Quicunq; multis vir viris vñus præest,
Hoc debet his quibus præest.
Præesse debet neutquam diutius,
Hi quam volent quibus præest.
Quid impotentes Principes superbitunt,
Quod imperant precario?

Idem.

Tyrannus in somno nihil differt à
Plebeio.

Erigit ergo tuas insane superbia cristas,
Quod flexo curuet se tibi turba genui,
Quod populus nudo surgat tibi vertice, quod sit
Multorum in manibus Vitaq; Morsq; tuis?

At

DIVERSI

At somnus quoties artus astringit inertes,

Hæc tua iam toties gloria dic ubi sit?

Tunc ignaue iaces trunco non impar inani,

Aut paulo functis ante cadaveribus.

Quod nisi conclusus timide intra tecta lateres,

In cuiusq; foret iam tua vita manu.

Idem.

Quid bonus est Princeps? canis est custos gregis inde

Qui fugat ore Lupos. quid malus? ipse lupus.

Idem ad Aulicum quendam.

Sæpe mihi iactas faciles ad Principis aures

Liber, & arbitrio ludis ut ipse tuo.

Sic inter domitos sine noxa sæpe leones

Luditur, at noxae non sine sæpe metu.

Infremit incerta crebra indignatio causa,

Et subito mors est, qui modo ludus erat.

Tuta tibi non est, ut sit secura voluptas,

Magna tibi est, mihi sit, dummodo certa, minor.

Idem.

DE BONO REGE ET POPVL.

Totum est unus homo regnum, idq; cohæret amore,

Rex caput est, populus cætera membra facit.

Rex quod habet Ciues (dolet ergo perdere quemque)

Tot numerat partes corporis ipse sui.

Exponit

*Exponit populus sese pro Rege, putatq;
Quilibet hunc proprij corporis esse caput.*

Idem.

*Perdendo bona nostra ferè cognoscimus omnes,
Dum possidemus spernimus.*

*Sic populo quoq; sepe malus, sed sero benignum
Commendat hæres Principem.*

Idem.

*Princeps pius nunquam carebit liberis,
Totius est regni pater.*

*Princeps abundat ergo felicissimus
Tot liberis, quot Ciuiibus.*

IVLIVS SCALIGER,
IN LIB. I. EPIDOR-

P I D V M.

*Aulam reperit qui bonam, & utilem, & fide-
lem.*

*Me autore sequatur, duce me, meq; sequente:
Si quis queritur, nec fugit, huius miserebor.*

HEN-

DIVERSI

HENRICVS PETREVS HERDES. AD
CLARISS. VIRVM D. IOACH.
Götzen, Mundensēm: Illustriss. Principi
ac Domino, Do. ERICO, Duci Brun-
suicensi & Luneburgensi; Comiti in Cla-
romonte, Equitiq; summi ordinis
velleris aurei, à con-
silijs.

*A*vlam cur Ioachime, culte legum
Antistes, reperisse te fidelem
Vnus dicas, & vnde, bonam q̄?

An quod, respiciens seueriorum
Ducum limina, curiasq; Regum,
Tot vestigia cernis impotentis
Iræ, tot furias, tot Aulicorum,
Tot paſſim quoq; Principum ruinas?
An sic Principe cum bono, facero,
Docto, belligeroq; candidoq;
Indoctos alios, & imperitos,
Sæuos deniq; comparas serofq;?
An quod M V N D A tua est, nec isq; pura,
Nec fraudum patiens, nec inquinata
Communi scelerum tue, nec altrix
Muscarum, culicumue, cimicicumue.

Ergo

Ergo te Ioachime, te beatum,
 Cui nunc inter amabiles sodales,
 Et Munda locus aptus est in aula.
Quin hanc te duce, te sequor sequente?
An me, te socio, vel imperante
ERIC O Duce, pœnitibit Aula?
 Nang, hoc candidius benigniusue,
 Lycus, Danubiusq; Mosa, Rhenus,
 Se vidisse nihil fatentur, ex quo
 Tueri licuit sereniores
 Vultus, ora, manus; & optimates
 Tadas vndiq; candidas secutos
 Herois, thalamoq; gratulantes.

Lucem, dante Deo, reducet illam.
 Ortu Lucifer aureus secundo,
 Qua post difficiles vagæ labores
 Aetatis liceat videre vultus
 Boni Principis optimos in Aulta,
 Quam mollierit alueo Visurgis,
 Quam mollierit alueoq; Fulda,
 Et quam flumen vtrung; flexuoso
 Lauat circuitu, facit q; Mundam.

Dulces interea valete (dum me
 Alpium iuga detinent) amici,
 Tu nostri IOACHIME fama cætus,
 Et tu dimidium mei, **GEORG I**
 Fide maior Oporino, sed amplio
 Par cognomine, qui typo libellos

DIVERSI

In lucem dedit elegantiore:
Valete, studijsq; me sodales
Bonis pergit mutuis amare.

PHILIP. MELANCH.

IN LIB. III. EPIGRAM.

Ex Antigone Sophoc.

AVLICVS FIDELIS.

Non pectus ullius potest introspici,
Vrbis Magistratus priusquam gesserit.
Ego, si quis in graui periculo ciuium
Vere salutarem sciens sententiam,
Eam timore victus occultat tamen,
Hunc iudico virum esse malum ac inutilem
Et si quis antesert saluti patriæ,
Priuati amici gratiam atq; munera,
Hic omnium est mortalium iniustissimus.

Ego D E V M testem inuoco, si Patriæ
Discrimen impendere videro meæ,
Me voce dicturum atq; mente libera
Sententiam, verissima quæ videbitur.

Nec ullius hostis ciuitatis publicus,
Priuatim amicus esse ducetur mihi.
Sed nauis hæc, quæ seruet omnes vnica,
Sit ciuitas, qua cum vehemur integra,
In ipsa amicos querere florente licet.

IDEM

IDEM LIB. III. EPIGRAM.

Ex oratione Lycurgi contra
Leocratem.

*Iratus ad pœnam Deus si quos trahit,
Afferre mentem talibus primum solet,
Caliginemq; offundit, vt ruant suas
Furenter in clades, sibi quas noxijs
Accersierunt vltro consilijs malis.*

Ibidem. In Thyest. Senec.

*Regnum scelerata cupiditas omnia
Confusa iura naturæ contaminat,
Vt frater impias fratri iniiciat manus.
Nihilq; peius ambitione, quæ omnia
Diuina, humana, iusq; & fas venere solet.*

ERICVS CORDVS,
IN LIB. II. EPIGRAM.

Ad Areolanum.

*Instrue me, dominæ quî siam commodius Aule,
Et placeant mores Areolane mei;
Illam quandoquidem callere catissimus artem
Diceris, insanti doctus ab yngue puer.
Excute sinceram recto cum pectore mentem,
Ingenuumq; tuo prodeat ore nihil.
Indue seruiles animos, fictoq; fauore
Vel minimis famulis, qua potes arte, place.*

DIVERSI

Blandus adulator, leuis assentator haberi
Ne pudeat, nullus sit pietatis amor.
Nullis flagitijs, nulloq; offendere fastu;
Indignissima fer queq;, nefanda proba:
Dissimula, simula, serui benè, sed male fide;
Deniq;, nulla bonus vir tibi dona pete.
Hei quid ais? cupit hoc sapiens homo viuere pacto,
Cui vel nuda domi rodere crusta licet?

VITVS VVINSEMIUS,
IN LIB. II. EPIGRAM-
matum Philippi
Melant.

Visquis ad alterius nutum componere vultum
Nescit, & iniustis auribus apta loqui,
Nunc verum, nunc falsa loqui, pro tempore, ut isti
Qui rerum potitur, complacuisse videt,
Omnibus, hunc moneo, longè discedat ab Aulis;
Candor & integritas exulat inde procul.
Exulat & dulcis libertas. omnia fastus
Plena, nec est ullus dicere falsa pudor.
Dicere falsa pudor non est; sed durius illud
Quod non est ullus vera negare pudor.
Exilio grauior locus est, & tristior, in quo
Nec sancto cuiquam, nec licet esse pio.

M. PA-

M. PALINGENIVS,

In Leone.

— non iugera tanti
*Plurima sint, non omne aurum, nō quicquid arenā
 Indus Eritbræis cupidus legit, vt patienter
 Vel stomacho alterius comedas, capiásue quietem
 Ad somnum alterius, dominoq; iubente feraris
 Nunc buc, nunc illuc, veluti pila missus ab illo;
 Interdumq; hominis te longè deterioris
 Indocti, insani, vinosi, luxuriosi,
 Imperio parere velis, turpisimares est
 Nimirum, possis cum liber viuere paruo,
 Quærere seruitio maioris præmia census,
 Ac libertatem, sine qua laudabile nil est,
 Vendere, & imperium domini tolerare superbi.
 Degeneres animi Procerum quid queritis Aulas?*

LVCANVS,

In lib. 8. Belli Civil.

— Exeat AVLA

*Qui volet esse pius: virtus & summa potestas
 Non coēunt,*

DIVERSI
SENECA,
In Agamemnone.

Iura pudorq;
Et coniugij sancta fides,
Fugiunt AVLAS.

Idem in Hippolyto.

Verum iusta, qui Reges timet,
Deponat, omne pellat ex animo decus:
Malus est minister regij imperij pudor.

Ibidem.

Fraus sublimi regnat in AVLA.

Idem in Agamemnone.

Nunquam placidam sceptr'a quietem,
Certumue sui tenuere diem;
Alia ex alijs cura fatigat,
Vexatq; animos noua tempestas.
Non sic Libycis fortibus & quor,
Furit alternos volvere fluctus.

Idem in Hercule Oeteo.

Tu quicunq; es, qui sceptr'a tenes,
Licet omne tua vulgus in AVLA
Centum pariter limina pulset,
Cum tot populis stipatus eas,
In tot populis vix vna fides.
Tenet auratum limen Erinnys,

Et cum

*Et cum magnæ patuere fores,
Intrant fraudes, cautiq; dolis.*

Ibidem.

*Cesset Tyrio mollior ostro
Solet impauidos ducere somnos:
Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigilesq; trahit purpura noctes.
O si pateant pectora ditum,
Quantos intus sublimis agit
Fortuna metus? Brutia Coro
Pulsante fretum mitior vnda est.*

CLAVDIANVS,

In Epigram. ad Hadria.

*In breuibus nunquam sese probat Aeolus vndis,
Nec capit angustus Boree certamina collis;
Alpes ille quatit, Rhodopæaq; culmina quassat,
Incubuit nunquam cœlestis flamma salictis,
Nec parui frutices iram metuere tonantis;
Ingentes quercus, annosas fulminat ornos.*

Idem.

Magna repente ruunt, summa cadunt subitè.

S ♀ THEO.

DIVERSI
THEODORVS BEZA
VEZELIVS,

Ad Priscum.

A Eolus Aeolia quissnam dicatur in AVLA
Claudere nunc ventis, nunc reserare fores,
Dicere, Prisce iuuat; dicentem sedulus audi,
Hoc quoq; ne pereas naufragus ipse mari.
AEOLVS hic vera est Regum Procerumq; figura.
Est quibus in toto vanius orbe nihil.
Aeolia AVLA quid est, nisi quas nos cernimus AV-
LAS?

Nempe aliud rediens rursus in orbe Chaos.
Hinc Euri, Coriq; ruunt, hinc nubilus Auster,
Hinc Aquilo rigido iussus ab axe volat.
Hinc Mundi pelagus vertuntq; ruuntq; procellae,
Rarus ut his currat nauita tutus aquis.
Ha sunt Aeolides, loca fœta furentibus Austris;
Aspice disruptas vndiq;, Prisce, rates;
Et si forte sapis, cursum in contraria flecte:
Stultus ab hac vitam qui sibi morte petit.

Idem,

BVRDINO, INTIMO III.

Regum Galliae Secre-
tario.

Ille ego cui curæ, cui magna negocia Regum
Incubuere diu; tanta cui mole grauato

Posse-

Possedatum (nec enim certe diuinitus ista
Indigno collata mihi memorasse pigebit.)
Sic onus integræ famaq; fideq; tueri,
Innocuae ut vitæ exemplum post fatâ relinquam?

Heu tamen infelix, eheu male prouidus assūm,
Aeternæq; reus pœna, si me ante tribunal
Christe tuum sistas, horum memor ante malorum.
Ecquid enim tantæ possim prætexere culpæ?
Res ego dum Regum, dum magna negocia curro,
Ah quoties terræ affixus, cœli immemor, & te
Mi DEVS, & me neglexi, eheu splendor inanis
Offudit quoties tenebras, ne gaudia plenæ
Perciperem lucis? quoties turba atq; tumultus
Oppleuere aures, monitis ne forte paterent
Christe tuis: mihi cum surdo, in præcepſq; ruentis,
Quo male sane ruis, quo te tandem abripis, heus tu
Burdine infelix? intusq; forisq; sonares.
Ah quoties quotiesq; sequi me recta paratum,
Abripuit rapidus velut in contraria vortex
Transuersum, rursusq; in deuia compulit AVLA,
AVLA omnis sceleris mater, nutrixq; nefandi.
Subscriptis quoties multis manus ista reluctans,
Posthabita superum miseris mortalibus ira.
Deniq; rem faciens, rem certe funditus omnem
Perdidit, & insanus studui ditescere damnis.
AVLA apage, & procul o proceres Regesq; valete,
Et quæ me bona lactâstis tot ſilfa per annos.
Tu vero vna ſalus hominum, ſolumq; precant;

DIVERSI

Perfugium spretis quæcunq; olimue recensue
Partim ignara superstitione, partim intulit audax
Impietas, & nunc eadem quog; monstrantur,
Hanc animam Christe, hanc animam seruato beni-
gnus,
Seq; suum q; scelus clara tibi voce satentem.

At vos, qui turbas inter tantosq; tumultus
Recte homines mortem meditari & vivere posse
Creditis, vt quos deludunt insomnia latæ,
Hec utinam faciant aliena pericula cautos.

Talia Burdinus moriens : quem sepe diuq;
Sanum affectatus, morientem deniq; ridens
Aulicus, Hæc & nos olim meditabimur, inquit,
Interea vero vitaq; Aulaq; fruamur.

HENRICVS STEPHANVS, IN CHARINV M.

Q Væ tu cung; facis, quæ dicas cung; Charine,
Aulica tu nobis hæc vocitare soles.
Aulicus immanni qui verba ad singula rictu
Diducit risus turpiter ora tibi.
Aulicus est gestus, quo nullus ineptior usquam,
Ipso cum manibus gesticulante pede.
Aulicus es, balba si quando es nare locutus,
Aulica sunt auri barbara verba tuæ.

Aulicus

Aulicus es, muco si quando est ob sita naris,

Aulicus es, barbam cum tibi pædor habet.

Aulicus, ore lupos quoties imitare voraces,

Aulicus, es gurges quando Charine meri.

Aulicus es, crudo quoties è pectore ructus,

Et crudos ructus, quæ comitantur, eunt.

Quenam hæc AVLA foret, dubius persæpe rogaui,

Delicias tantas quæ tibi totq; parit,

*Nunc cum ævlin porcis tribuisse recorder Home-
rum,*

De porcorum AVLA te quoq; credo loqui.

D. ANDREAS ELLIN-
GERVS, MEDICVS ET
Poëta præstantiss. ad Henric. Pe-
treum Herdes.

AVLA nisi olla quid est? parasitos vtragi nu-
trit:

Inuidi sinceros non amat AVLA viros.

Caula pecus simplex balantes sordida pascit,

Splendida raptiores educat AVLA lupos.

*Sunt tamen & caulis quedam communia, &
AVLIS.*

Odere Aonides vtragi regna deas.

*Myrtilon AVLA nitens, te pinguis caula Me-
lanthi,*

Perniciem dominis fuit vtrumq; sui.

EX

DIVERSI
EX IO· IAC· BOIS-
SARTI VESVNT: EPI-
GRAMMATE, AD D. IACO-
bum Pascharium Lotharingum, Me-
dicum & Poetam
doctiss,

R Ifit Iuppiter diuitum furores,
Et deliria Principum, deditq;
Loquaces Simiosq;, Psitacosq;
Turbam blandiloquentium Gnathonum,
Qui Muscæ vocitantur ad patellas.

His primum studium est, ciere risum
Ex re quilibet, & leues cachinnos
Mouere, & recitatione ficti
Longas nobilium excitare laudes.
Norunt scommatibus placere salsis,
Et mordacibus iritatricis,
Si quem simplicioribus notarint
Vitæ moribus esse, & institutis.
Aptant deniq; punctum ad omne frontem,
Personas sibi congruente naso
Concinnant, sinuosa semper auræ
Dantes carbasæ non nisi secundæ.

Horum quale sit hoc genus requiris?
Non sunt plebeis, antece tantum
Nati stemmatibus, sed & celebre

Multi

Multi de medio genus Senatu
 Traxerunt: alijs scholis relictis
 (Quos sanctæ pudet eruditionis.)
 Nunc pro militibus volunt haberi:
 Quamuis bella prius geri, nec vñquam
 Confert as tulerint simul cohortes.
 Vidi mancipijs vbiq; & hisce
AVLAS nobilium scatere muscis.
 Omnes fercula, farta, Ius, placentas
 Sectantur, Simiæq; Psitaciq;
 Fiunt, (venter enim imperat Magister)
 O seruum pecus, & molis dicandum:
 Peiores domini, parata qui istis
 Non nectunt animalibus capistra.

LVDOVICVS MASV- RIVS NERVIUS, IN EPI- grammatis suis.

- V. *Quò Masuri? M. feror exul. V. opes cur lin-
quis & AVLAM?*
- V. *M. Sit profugo tandem Christus ut alta quies,
Nilue refers? M. odium. V. quid contulit
AVLA? M. dolores,
Seruant inexhaustas at mibi Christus opes.*

GEOR-

DIVERSI
GEORGIVS SABINV^S,
IN EPIGRAMMATVM.
LIBRO.

SAEpe rudes inter mutata veste colonos
Noricus Agricola Dux faciebat opus.
Nunc pascebat oves, nunc gramina falce secabat,
Vomere proscindens nunc subigebat humum.
Et simul illato de se sermone, rogabat
Plurima, nempe quibus moribus ipse foret:
Iustus an exigeret poenas a sanguibus ultor?
Debita conferret premia numine bonis?
Quarenti vero causam, cur Regibus ortus
Princeps, agricolam se simularet? ait,
Me iuuat è rudibus cognoscere vera colonis:
Seruit adulatrix auribus AVLA meis.

Idem ibid.

Illecebris veluti Meretrix inuitat amantes,
Afferat ipsa quibus perniciose malum.
Haud secus allegetat Iuuenum Respublica mentes,
Perdit amatores quem male fida suos.
Quisquis es, hanc pariter denites, hortor, & illam,
Vtrage plena male fraudis, amata nocet.

PETRVS

PETRVS LOTICHIUS
SECVNDVS, MEDICVS ET
POETA CLARISS. IN LIB. II.
Carminum: ad Leonhardum
Münsterum.

Sollicitas habili cithara dum pollice filia,
succinis & tenui murmure, VIVE TIBI,
Et vitare mones praelustria, chordaq; dulces
Pulsa dat, & chordas vox imitata sonos,
Ducere cum Musis videor Munstere choreas,
Quoq; sedes, Helicon est locus ille mihi.
Carmina pectoribus, mulcendis auribus apta
Est lyra, me chordis vox sociata iuuat.
Vtraq; cum praestes, quid dulcis amice rependam?
Hoc precor, ut viuas tempus in omne tibi.

PAVLVS LATERMA-
NVS THEMARIENSIS, AD
HENRIC. PETREVUM
Herdesianum.

Dum plurimos magnis libros sudoribus
Petree (quotquot vspiam sunt, aut mihi
Fuere quotquot, aut erunt in posterum,
Inter sodales omnium carissime)
Euoluis, Aulicam coloribus suis
Et vanitatem ante orasistis omnium,
Rogaſq; te iuuare ego ne desinam.

Hoc

DIVERSI

Hoc in labore, veritatem si cupis
Audacter amoto ut pudore proferam,
Aliud quidem fecisse te cerno nihil,
Quam quod cicatrices mihi tristissimas,
Quas ambo nos in Aulico quondam mari
Accepemus, quæq; vix coiuerant,
Redintegrasti, nec mihi prouinciam
Hac duriorem nunc queas imponere.


Sed vt tamen, pro iure coniunctissima
Necessitudinis, tibi morem geram,
Reddantur exemploq; nostro cæteri
Prudentiores : en habes hic paucula,
Quæ, si placent, & digna iudicaueris,
Vt cæteris admisceantur, haud tibi
Reluctor. Ex patrum libris decerpere
Selectiores destinaram flosculos,
Si non acerba filij mors vnici
(Quem celitum Rex nuper ex ergastulo
Mundi nefando, celsa denuo poli
Stellantis euocauit ad Palatia)
Vitam dolore, sletibus, suspirijs,
Plenissimam me cogeret iam ducere.

Sed quid gemo ? Deus suum nunc abstulit,
Mihi quem liberaliter concesserat,
Huic sit perennis laus, bonos & gloria.
Semper secunda temperantur tristibus,
Et sic secundis admouentur tristia,
Plus felleæ vt plœrunq; amaritudinis

Quam

Quam melle & persentias dulcedinis:
 Resq; est in orbe, nulla constans, omnia
 Sed vanasunt, periculisq; obnoxia.
 Clementium quot iam fauore Principum
 En excidunt? quot Aulici optatissimis
 Honoribus, quos obtinebant antea,
 Priuantur, in teterimisq; sordibus
 Coguntur euum sordidum traducere.
 Sed Pax in AVLA Regis usq; cœlici
 Floret perennis, atq; plena gaudijs,
 Ibi querela nulla, nullæ lacrymæ,
 Vllum nec ullus occupat locum dolor.

T • HEN-



DIVERSI
HENRICVS PE-
TREVS HERDE-
SIANVS,
De quodam Scoppo,
AD PROBATAE FIDEI AC
virtutis virum Balthazarem
Crammonium Pan-
cratiasten.

CVM gratis bibula Scoppius græcatur in Aula,
Crebra foris siccans pocula, rara domi,
Non secus ac Proteus formas est aptus in omnes,
EST Meq; subinde nouis ludit imaginibus.
Salomō, Nunc docto Salomon declamat ore, disertos
Largo sermones sufficiente mero:
EST & Nunc ubi clamoso cristas erexit Iachus,
Samson, Exuto Samson fit Salomone potens.
EST Mox vario gestu, varioq; imitamine saltus
Simia; Aequi parat fatuos Simia Simiolos.
Sus est. Deniq; distentus vino procumbit humili Sus,
Portio setigeræ maxima potus haræ.
Circumstant Asini sera de nocte rudentes,
Grunnitumq; Sues protinus ingeminant,

IDE

IDE M, DE TITO NON VE-
SPASIANO.

AD VIRVM DOCTIS-
SIM VVM ET HUMANISSIM VVM
ROCHVM CRANEVELDIVM Belgam,
Antuerpianum, amicum
suum carissi-
mum.

M^Iras, ROCHE, maris beatus ille
Titus nauigat aulici lacunas.
Auri quippe fame, sitiq_z, laudis
Aulae culmina Curiasq_z, Regum
Cura dum sequitur laboriosa,
Iam stat, iamq_z cadit, doletq_z fletq_z,
Et curis macieq_z membratorquet.
Nec demens animo capit quietem:
Et nobis tamen inuidet quietem:
Nec vera patiens beatitatis,
Sicit, ROCHE, tamen beatitatem.
Non ergo sibi carnifex seuerus,
Et Titus sibi pœna semper ipse est?

FINIS PRIORIS PARTIS.

и
з у и о и с т и ч с к и
и
21000 д и ч я г и х а
и и м 22111 и и и и и и
споди и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и


и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и

и и и и и и и и и и и и


и и и и и и и и и и и и

ALTERA PARS;
DE VITA PRI-
VATA, MEDIOCRI,
ET TRANQVILLA;
Vitæ Aulicæ opposita:
*Diuersorum Autorum sen-
tentiae & Carmi-
na.*



P. Ouid. Naso, lib. 3. Trist. Eleg. 4.
 Crede mihi, BENE QVI LATVIT, BENE
 VIXIT, & intra
 Fortunam debet quisq; manere suam.

ALITER A PARIS
DE VITIA PRL
VATA. MEDIOCR
ET TRANSGRESSIV
ACE VITIAZOPPONI:
DAMONIA. SORRY
VITIAZOPPONI:



LORENTZUS. T. E.
Clementius. BERNARDUS. GREGORIUS.
HILDEBRANDUS. GREGORIUS.
JEROME. GREGORIUS.

NOBILI, VIR- TVTISQVE AC PIE- TATIS LAVDIBVS INSIGNI

*Adolpho Hermanno Ridesell, ab Aisenbach, in Her-
mansburg, &c. Hassiae Mareschallo hære-
ditario, &c. domino suo be-
nefico;*

S. P. D.



Vm Aeneæ Syluij atque Hulrici
Hutteni, & aliorum quorun-
dam opuscula de vita Aulica ad
editionem adornâssem; de op-
posita etiam huic vita priuata & quieta
grauissimas probatorum Autorum sen-
tentias colligere, atque in lucem profer-
re conueniens esse putau. Quapropter
cum viros autoritate & virtute præstantes
animo meo circumspicerem, quibus par-
tem alteram huius libri dedicarem, te nō
minus eruditione ac pietate, quam gene-
ris nobilitate & virtute clarum compella-
re visum fuit; Tuque primus omnium mi-
hi occurristi, quem libelli huius patroci-
nium non grauare susceptarum sperarem.
Etenim ut præclara familæ gentisque di-

T 4 gnitas

PRAEFATIO.

gnitas & amplitudo, cum nonnullis alijs ordinis equestris tibi est communis; ita singularis religiosæ pietatis amor, & peculiare doctrinarum studium, summa quæ humanitas & beneficentia, sic te præcæteris commendant, ut ætas nostra præcipuis te nunc litterarum annumeret patronis. Atque ut Catonem in ipsa sepe Curia, dum Senatus cogeretur, legere solitum scribit Cicero, sic te quoque studia nostra adeò non intermittere constat, ut in quotidianis rei domesticæ occupationibus, inque grauissimis Reip. negotijs, & aliquid indies legas, & firma curiarum ex litteris reportes solatia.

Etsi igitur exilia hæc sunt, quæ tibi offerro, & neque digna virtute & magnificentia tua, neque etiam à me composita, sed ex aliorum monumentis descripta; tamen hanc tibi compellatione pro summa humanitate tua non molestam fore, neque te vitæ priuatæ patrocinium repudiaturum confido. Pluribus verbis, ut tibi hoc factum meum displicere non finas, abs te nō petam, ne iniuriam facere videar cum præclaræ de virtute & humanitate tua famæ, tum amicis tuis viris nobilissimis, Alberto Stibaro à Puttenheim, & VVolffango

gango Bartholomæo VVolffskeel in Reichenberg, Eq. Fr. atque in primis Iohanni Fichardo, patricio Francofurtenſi, Iuris-consulto clariss. de que liberalibus disciplinis ad omnem posteritatem optime merito, quorum singulari humanitatis tuę commendatione eam de te spem concepi, vt quicquid à me litterarum ad præstantiam tuam proficiscatur, gratum tibi fore mihi sit persuasum. Vale, vir amplissime, & me dilige. Data Basileæ Rauracorum, Anno M. D. LXXV.

*Henricus Petreus
Herdesianus.*

T S DE VI-

12
TAKA
eando pessimo. Voi preferite
ciascuno il suo modo di fare.
Ciascuno scrive come li preferisce.
Pensate che questo è quanto
dovete fare per farvi conoscere.
Consegnateci due o tre esempi
di scrittura e noi vi consigliere-
mo com'è meglio. Ma, se preferite
lavorarci da soli, non abbiamo
alcuna obiezione.

ANALISI
PARAFRAZATA

12 DE AL

PARS ALTERA,

DE VITA PRI-
VATA, MEDIOCRI,
ET TRANQVILLA,
Vita Aulicæ oppo-
sita,

P. VIRGILIUS MARO, IN LI-
bro II. Georgicorum.

O Fortunatos nimium, sua si bona nōrint
Agricolas, quib. ipsa, procul discordibus armis,
Fundit humo facilem victimum iustissima Tellus.
Si non ingentem foribus domus alta superbis
Mane salutantum totis vomit edibus vndam,
Nec varios inhiant pulca testudine postes,
Illusaq; auro vestes Ephyræiaq; era,
Alba nec Assyrio fucatur lana veneno,
Nec casia liquidi corrumpitur vsus oliui:

At secura quies, & nescia fallere vita,
Diues opum variarum, & latis ocia fundis,
Speluncæ, viuig lacus, & frigida Tempe,
Mutigusq; boum, mollesq; sub arbore somni
Non absunt. Illis saltus ac lustra ferarum,

[Et pa-

PARS ALTERA,

Et patiens operum, paruoq; assueta Iuuentus,
Sacra Deum, sancti q; Patres. extrema per illos
Iustitia excedens Terris vestigia fecit.

Me vero primum dulces ante omnia Musa,
Quarum sacra fero ingenti percussus amore,
Accipiant, celiq; vias & sidera monstrant,
Defectus Solis varios, Lunaeq; labores,
Vnde tremor Terris, qua vi Maria alta tumescant
Obijcibus ruptis, rursusq; in se ipsa residant,
Quid tantum Oceano properent se tingere soles
Hyberni, vel qua tardis mora noctibus obstat.

Sin, has ne possim Natura accedere partes,
Frigidus obsterit circum praecordia sanguis:
Rura mihi, & rigui placeant in Vallibus annes,
Flumina amem, sylvasq; inglorius: o vbi Campi,
Sparchiusq; & Virginibus bachata Lacanis
Taygeta: o qui me gelidis in vallibus Hæmi
Sistat, & ingenti ramorum protegat umbra.

Felix qui potuit rerum cognoscere causas.
Atq; metus omnes, & inexorable fatum
Subiecit pedibus, strepitumq; Acherontis auari:
Fortunatus & ille, Deos qui nouit agrestes,
Panaq;, Syluanumq; senem, Nymphasq; sorores.

Illum non populi fasces, non purpura Regum
Flexit,

Flexit, & infidos agitans discordia fratres,
 Aut coniurato descendens Dacus ab Istro,
 Non res Romanae, perituraq; regna, neg; ille
 Aut doluit miserans inopem, aut inuidit habenti.
 Quos rami fructus, quos ipsa volentia rura
 Sponte tulere sua, carpsit: nec ferrea iura,
 Insanumq; forum, aut populit tabularia vidit.

Sollicitant alij remis freta caca, ruuntq;
 In ferrum, penetrant AYLAS, & limina Regum:
 Hic petit excidijs vrbem, miserosq; penates,
 Ut gemma bibat; & Sarrano dormiat ostro.
 Condit opes alius, defossoq; incubat auro.
 Hic stupet attonitus Rostris, hunc plausus hiantem
 Per cuneos (geminatur enim Plebisq; Patrumq;)
 Corripuit: gaudent perfusi sanguine fratrum,
 Exilioq; domos, & dulcia limina mutant,
 Atq; alio patriam querunt sub Sole iacentem:

Agricola incuruo terram dimouit aratro,
 Hinc anni labor, hinc Patriam, paruosq; Nepotes
 Sustinet, hinc armenta boum, meritosq; Iuuencos.
 Nec requies, quin aut pomis exuberet annus,
 Aut fætu pecorum, aut cerealis mergite culmi,
 Prouentuq; oneret sulcos, atq; horrea vincat.
 Venit hyems, teritur Sicyonia, accatrapetis,
 Glande sues læti redeunt, dant arbuta Sylue,

Et va-

PARS ALTERA,

*Et varios ponit fœtus Autumnus, & alte
Mitis in apricis coquitur vindemia Saxis.*

*Interea pendent dulces circum oscula nati,
Casta pudicitiam seruat domus, Vbera Vacca
Lattea demittunt, pinguisq; in gramine lato
Inter se aduersis luctantur cornibus hædi.
Ipse dies agitat festos, fususq; per herbam,
Ignis ubi in medio, & socij cratera coronant,
Telibans Lenæe vocat, pecorisq; Magistris
Velocis iaculi certa anima ponit in Ulmo,
Corporaq; agresti nudant prædura palestra.*

*Hanc olim Veteres Vitam coluere Sabini,
Hanc Remus & frater: sic fortis Hetruria creuit,
Scilicet & rerum facta est pulcerrima Roma,
Septem quæ vna sibi muro circundedit arces.
Ante etiam sceptrum Dictæi Regis, & ante
Impia quam casis gens est epulata iuuencis,
Aureus hanc vitam in terris Saturnus agebat:
Nec dum etiam audierant inflari classica, nec dum
Impositos duris crepitare incudibus enses.*

Idem in CVLICE.

*O Bona Pastoris, si quis non pauperis vsum
Mente prius docta fastidiat, & probet illis
Omnia*

Omnia luxuria precijs incognita curis,
Quæ lacerant auidas inimico pectore mentes.

Si non Aſſyrio fuerint bis lauta colore
Attalicis opibus data vellera, si uitor auri
Sub laqueare domus animum non tangit auarum,
Pictureq; decus, lapidum nec fulgor in villa
Cognitus utility manet, nec pocula gratum
Alconis referent, Bætiq; toreuma, nec Indi
Conche a bacca maris precio est: At pectore puro
Sæpe super tenero proſternit gramine corpus,
Florida cum tellus gemmantes picta per herbas
Vere notat dulci distincta coloribus arua:
Atq; illum thalamo letum retinente palustri,
Ociaq; inuidia degentem ac fraude remota,
Pollenteq; sibi, viridi cum palmite lucens
Vite a pampino subter coma velat amictu.
Illi ſant grata rorantes lacte Capelle,
Et nemus, & fœcunda Pales, & vallibus imis
Semper opaca nouis manantia fontibus antra.

Quis magis optato queat esse beatior euo,
Quam qui mente procul pura, ſenſuq; probando
Non auidas agnouit opes, non tristia bella,
Nec funestra timet valida certamina clasſis?
Non, ſpolijs dum sancta Deum fulgentibus ornet
Templa, vel euectus ſinem tranſcendit habendi,
Aduerſum ſæuis vltro caput hoſtibus offert.

Illi

PARS ALTERA.

Illi falce Deus colitur, non arte politus,
Illi colit lucos, illi Panchaica thura,
Floribus agrestes herbae variantibus assunt:
Illi dulcis adest requies, & pura voluptas,
Libera simplicibus curis: huic imminet omnis,
Dirigit huc sensus, haec cura est subdita cordi,
Quolibet ut requie viet u contentus abundet,
Tuncundoq; locet languentia corpora somno.

O pecudes o Panes, & o gratissima Tempe
Fontis Hamadryadum, quarum non diuite cultu
Aemulus Ascreo pastor sibi quisq; Poëtæ
Securam placido traducit pectore vitam.

Q· HORATIVS
FLACCVS , IN III.
LIBRI ODE XXIX.

PLarung₃ grata diuitibus vices,
Mundaq₃ paruo sub lare pauperum
Cœna, sine auleis & ostro
Sollicitam explicuere frontem.

Idem lib. I. Ode I.

Luctantem Icarij s fluibus Africum
Mercator metuens, ocium & oppidi

Laudat

Laudat rura sui, mox reficit rates
Quassas, indocilis pauperiem pati.

Me doctarum hederæ præmia frontium
Dijs miscent superis; me gelidum nemus
Nympharumq; leues cum Satyris chori
Secernunt populo, si neg₃ tibias
Euterpe cohabet, nec Polyhymnia
Lesboum refugit tendere barbiton.

Idem in Ode xvi. Lib. ii.

Vivitur paruo bene, cui paternum
Splendet in mensa tenui salinum,
Nec leues somnos timor, aut cupido.
Sordidus aufert.

Non enim gaza, neg₃ consularis
Summoet Lictor miseros tumultus
Mentis, & curas laqueata circum
Tecta volantes.

Scandit æratas vitiosa naues
Cura, nec turmas equitum relinquit;
Ocyor ceruis, & agente nymbos
Ocyor Euro.

Latus in presens animus, quod vltra est

v

Oderit

PARS ALTERA,

Oderit curare, & amara lento
Temperet risu: NIHIL EST AB OMNI
PARTE BEATVM.

Idem in Ode 10. libri eiusdem.

Auream quisquis mediocritatem
Diligit, tutus caret obsoleti
Sordibus tecti, caret inuidenda
Sobrius AVLA.

Sepius ventis agitatur ingens
Pinus, & celsæ grauiore casu
Decidunt Turre, feriuntq; summos
Fulmina montes.

Sperat infestis, metuit secundis
Alteram sortem bene preparatum
Pectus, informes hyemes reducit
Iuppiter, idem

Summouet. non, si male nunc, & olim.
Sic erit, quondam Cythara tacentem
Suscitat Musam, neg_o, semper arcum
Tendit Apollo.

Rebus angustis animosus, atq;
Fortis appare: sapienter idem
Contrahes vento nimium secundo
Turgida vela.

IDEM

IDEM IN LIBRO EPODON,

Ode 2.

De laudibus Rusticæ vitæ.

Beatus ille, qui procul negocys,
 Ut prisca gens mortalium,
 Paterna rura bobus exercet suis,
 Solutus omni fænore,
 Nec excitatur classico miles truci,
 Nec horret iratum mare,
 Forumq; vitat, & superba ciuium
 Poteriorum limina.
 Ergo nra: adulta vitium propagine
 Aleis maritat populos,
 Aut in reducta valle mugientium .
 Prospectat erranteis greges;
 Inutileisq; falce ramos amputans,
 Feliciores inserit;
 Aut pressa puris mella condit amphoris,
 Aut tondet infirmas oueis;
 Vel cum decorum mitibus pomis caput
 Autumnus aruis extulit,
 Ut gaudet insituia decerpens pyra,
 Certantem & vuam purpurea,
 Qua muneretur te Priape, & te Pater
 Syluane, tutor finium,
 Libet iacere modò sub antiqua ilice
 Modò in tenaci gramine.

PARS ALTERA,

Labuntur altis interim ripis aque,
Queruntur in sylvis aues;
Fontesq; lymphis obstreput manantibus,
Somnos quod inuitet leueis.
At cum tonantis annus Hybernus Iouis
Imbreis, niueisq; comparat,
Aut trudit acreis hinc & hinc multa cane
Apros in obstanteis plagas:
Aut amite leui rara tendit retia,
Turdis edacibus dolos;
Pavidumq; leporem, & aduenam laqueo gruem,
Iucunda captat praemia:
Quis non malorum, quas amor curas habet?
Hec inter obliuiscitur?
Quod si pudica mulier in partem iuuet,
Domum, atq; dulceis liberos,
Sabina qualis, aut perusta solibus
Pernicis vxor Appuli,
Sacrum vetustis extruat lignis focum,
Lassi sub aduentum viri:
Claudensq; textis cratibus latum pecus,
Diftenta ficit vbera:
Et horna dulci vina promens dolio,
Dapes inemptas appetet,
Non me Lucrina iuuerint conchylia,
Magisue Rhombus, aut Scari,
Si quos Eois insonata fluctibus
Hyems ad hoc vertat mare.

Non

Non Afra avis descendat in ventrem meum,
 Non Attagen Ionicus
 Iucundior, quam lecta de pinguissimis
 Oliua ramis arborum,
 Aut herba Lapathi prata amantis, & graui
 Maluæ salubres corpori,
 Vel agna festis cœsa terminalibus,
 Vel hædus ereptus Lupo.
 Has inter epulas, ut iuuat pastas oueis
 Videre properanteis domum,
 Videre fessos vomerem inuersum boues
 Collo trahenteis languido;
 Positosq; vernas, ditis examen domus,
 Circum renidenteis lareis.
 Hæc vbi locutus, fænerator Alphius
 Iam iam futurus rusticus,
 Omnum relegit idibus pecuniam,
 Quærit Calendis ponere.

Idem in libro 3. Carminum,
 Ode 24.

Campestres melius Scythæ,
 Quorum plastra vagas ritè trahunt domos,
 Viuunt; & rigidi Getae,
 Immetata quibus iugera liberas
 Fruges, & Cererem ferunt,
 Nec cultura placet longior annua;

PARS ALTERA

Defunctumq; laboribus
Aequali recreat sorte vicarius,

Idem libro 2. Sermonum,
Satyr. 2.

— varie res
Ut noceant homini credas, memor illius es &
Quæ simplex olim tibi sederit. at simul assis
Miscueris elixa, simul conchylia turdis,
Dulcia se in bilem vertent, stomachoq; tumultum
Lenta feret pituita: vides ut pallidus omnis
Cœna desurgat dubia.

ALBIVS TIBULLVS,
EQVES ROM.

In lib. i. Elegia. 10.

QVIN igitur laudādus hic est, quem prole parata
Occupat in parua pigra senecta casas.
Ipse suas sectatur oues, at filius agnos,
Et calidam fesso comparat vxor aquam.
Sic ego sim, liceatq; caput canescere canis,
Temporis & prisci facta referre senem

Idem in libro codem, Eleg. i.

Divitias alius fuluo sibi congerat auro,
Et teneat culti iugera magna soli,

Quem

Quem labor assiduus vicino terreat hoste,
 Maria cui somnos classica pulsa fugent.
 Me mea paupertas vita traducat inerti,
 Dum meus assiduo luceat igne focus.

Idem in libro eodem, Eleg. 10.

Divitis hoc virtum est auri; non bella fuerunt
 Faginus astabat cum Scyphus ante dapes.
 Non arces, non vallis erat, somnumq; petebat
 Securus varias dux gregis inter oves.

P. OVIDIVS NASO,

IN LIB. III. DE TRIST.

Elegia 4.

O Mibi care quidem semper, sed tempore duro
 Cognite, res postquam procubueré meæ,
 Vtibus edicto si quidquam credis amico,
 Viue tibi, & longè nomina magna fuge.
 Viue tibi, quantumq; potes prælustria vita,
 Sæcum prælustri fulmen ab Arce venit,
 Nam quanquam soli possunt prodesse Potentes,
 Non profit potius, si quis obesse potest.
 Effugit hybernæ demissa antenna procellas,
 Lataq; plus paruis vela timoris habent.
 Aspicis ut summa cortex leuis innatat vnda,
 Cum graue nexa simul retia mergat onus?

PARS ALTERA,

His ego si monitis monitus prius ipse fuisset,
In qua debebam forsitan vrbe forem.
Dum tecum vixi, dum me leuis aura ferebat,
Hac mea per placidas cymba cucurrit aquas.
Qui cadit in plano, vix hoc tamen euenit ipsum;
Sic cadit, ut tacta surgere possit humo.
At miser Elpenor recto delapsus ab alto
Occurrit Regi flebilis umbra suo.
Quid fuit, ut tutas agitaret Dædalus alas?
Icarus immensas nomine signet aquas?
Nempe quod hic alte, demissius ille volabat;
Nam pennis ambo non habuere suas.

Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quisq; manere suam.
Non foret Eumenides orbus, si filius eius
Stultus Achilleos non adamasset equos.
Nec natum in flamma vidisset, in arbore natus,
Cœpisset genitor si Phæthona Merops.
Tu quoq; formida nimium sublimia semper.
Propositiq; precor contrahere vela tui.

Idem lib. 2. de Ponto.

Tenpus in agrorum cultu consumere dulce est.

LVCA-

LVCANVS, IN LIB. V. BELLI CIVIL.

— O vita tuta facultas
 Pauperis, angustiæ, laris, ô munera nondum
 Intellecta Deum, quibus hac contingere templis
 Aut muris potuit? nullo trepidare tumultu
 Cesarea pulsante manu?

Idem in lib. III. bell.civil.

Discite quam paruo liceat producere vitam,
 Et quantum natura petat, non erigit ægros
 Nobilis ignoto diffusus consule Bacchus:
 Non auro myrrhaq; bibunt, sed gurgite puro
 Vita redit, satis est populus fluuiusq; ceresq;.

BOETIVS METRO: III. LIB. II.

Fugiens periculosa m
 Sortem sedis amœna,
 Humili domum memento
 Certus figere saxo.
 Quamuis tonet ruinis
 Miscens æquora ventus,
 Tu conditus quieti
 Felix robore valli,
 Ducis serenus eum,
 Ridesq; atheris iras.

PARS ALTERA,

EX L. ANNEI
SENECAE TRAGOE-
DIIS.

EX HERCVLE FVRENTE.

— Me mea tellus

Lare secreto, tutoq; tegat.
Venit ad pigros cana senectus,
Humiliq; loco, sed certa sedet,
Sordida parue fortuna domus
Altè virtus animosa cadit.

EX THYESTE.

Settet, quicunq; volet, potens,
AVLAE culmine lubrico,
Me dulcis saturet quies,
Obscuro positus loco,
Leni perfruar ocio.
Nullis nota Quiritibus
Aetas per tacitum fluat.
Sic cum transferint mei
Nullo cum strepitu dies,
Plebeius moriar senex.
Illi mors grauis incubat,
Qui notus nimis omnibus
Ignotus moritur sibi.

Idem

Idem ibid.

*Humi iacentem scelera non intrant casam,
Tutusq; mensa carpitur angusta cibus.*

EX EIVSDEM OEDIPO.

FAta siliceat mihi
Fingere arbitrio meo,
Temperem zephyro leni
Vela, ne pressa graui
Spiritum antennae tremant.
Lene, sed modicum fluens
Aura, nec vrgens latus,
Ducat intrepidam ratem:
Tuta me media vebat
Vita decurrente via,
Gnosium Regem timens.
Alta dum demens petit
Artibus fidens nouis,
Certat & veras aues
Vincere, ac falsis nimis
Imperat pennis puer,
Nomen eripuit freto.
Callidus medium senex
Dedalus librans iter
Nube sub media stetit
Alitem spectans suam.
Qualis accipitris minas

Fugit,

PARS ALTERA;

Fugit, & sparsos metu
Colligit fœtus avis:
Donec in ponto manus
Mouit implicitas puer,
Comes audacis viæ.
Quicquid excessit modum,
Pendet instabili loco.

EX EIVSDEM HERCV-
LE OETHEO.

COLIT hic Reges, calcet ut omnes,
Perdatq; aliquos nullumq; leuet.
Tantum ut noceat cupit esse potens.
Quota pars moritur tempore fati?
Quos felices Cynthia vidit,
Vidit miseros abitura dies.
Rarum est, felix idemque senex.
Cespes, Tyrio mollior ostro
Solet impavidos ducere somnos.
Aurea rumpunt tecta quietem,
Vigilesq; trahit purpura noctes.

EX EIVSDEM AGA-
MEMNONE.

— Quicquid in altum
Fortuna tulit, ruitura leuat.
Modicis rebus longius æuum est.
Felix mediae quisquis turbæ

parte

*Parte quietus, aura stringit
Littora tuta, timidusq; mari
Credere cymbam, remo terras
Propiore legit.*

Ex eiusdem Oedipo.

*QVis cepta duro saeuus imperio regit,
Timet timentes, metus in autorem reddit.*

Ex eiusdem Hippolyto.

*Non alia magis est libera, & vitio carens,
Ritusq; melior vita quæ priscos colat,
Quam quæ relictis mœnibus sylvas amat.
Non illum amare mentis inflamat furor,
Quise dicauit montium insontem iugis,
Non aura populi, & vulgus inuidum bonis,
Non pestilens inuidia, non fragilis fauor,
Non ille regno seruit, ac regno inuidet,
Vanos honores sequitur, aut fluxas opes,
Spei metusq; liber, haud illum niger
Edaxq; liuor dente degeneri petit.
Nec scelera, populos, atq; inter vrbes sita
Douit, nec omnes conscius strepitus pauet.*

MARTIALIS, IN LIB. IX.

EPIGRAM. AD CON-
DILVM.

*Q*uæ mala sint Donmini, quæ serui cōmoda nescis
Condile, qui seruum te gemis esse diu.

Dat

PARS ALTERA.

Dat tibi securos vilis lecticula somnos,

Peruigil in plumis Caius ecce iacet.

Caius à prima tremebundus luce salutat

Tot dominos, at tu Condile nec dominum.

Quod debes Cai redde, inquit Phœbus, & illinc

Cinnamus, hoc dicit Condile nemo tibi.

Tortorem metuis? podagra chiragraq; secatur

Caius, & mallet verbera mille pati.

CLAVDIANVS, IN LIB.

I. IN RVFFINVM.

— Contentus honesto

Fabricius paruo spernebat munera Regum,

Sudabatq; graui consul Serranus aratro,

Et casa pugnaces Curios angusta tenebat.

Hæc mihi paupertas augustior, hæc mihi teletæ

Culminibus maiora tuis: tibi querit inanes

Luxuries nocitura cibos, mihi donat inemtas

Terra dapes: rapiunt Tyrios tibi velleræ succos.

Et picturat saturantur murice vestes,

Hic radiant flores, & prati viua voluptas,

Ingenio variata suo, fulgentibus illic

Surgunt struita thoris, hic mollis panditur herba;

Sollicitum curis non abruptura soporem.

Turba salutantum latas tibi perstrepit ædes,

Hic auium cantus, labentis murmura riu.

Viii-

*Vivitur exiguo melius, Natura beatis
Omnibus esse dedit, si quis cognouerit vti.
Hæc si nota forent frueremur simplice cultu,
Classica non fremerent, non stridula fraxinus iret,
Nen ventus quateret puppes, non machina muros,*

IDE M DE SENE , QVI IVXTA VERONAM CONSI- stens, villa sua nunquam egres- sus esset.

*Felix qui proprijs æuum transagit in aruis,
Ipsa domus puerum quem videt, ipsa senem.
Qui baculo nitens, in qua reptauit harena
Vnius numerat secula longa casæ.
Illum non vario traxit fortuna tumultu,
Nec babit ignotas mobilis hospes aquas.
Non freta mercator timuit, non classica miles,
Non rauclites pertulit ille fori.
Indocilis rerum, vicinæ nescius urbis,
Aspectu fruitur liberiore poli.
Frugibus alternis, non Consule computat annum,
Autumnum pomis, versibi flore notat.
Idem condit ager soles, idemq; reducit,
Metiturq; suo rusticus orbe diem.
Ingentem meminit paruo qui gramine querum,
Aequæumq; videt consenuisse nemus.
Proxima cui nigris Verona revotior Indi,
Benacumq; putat littora rubra lacum.*

Sed

PARS ALTERA.

Sed tamen indomitæ vires, firmisq; lacertis
Aetas robustum tertia cernit auum.

Erret, & extremos alter scrutetur Iberos,
Plus habet hic vitæ, plus habet ille vitæ.

IVVENALIS SATYR. XIII.

Vluite contenti casulis, & collibus istis,
O pueri, Marsus dicebat, & Hernicus olim,
Vestinusq; senex: panem quæramus aratro
Qui satis est mensis.

Idem ibid. de Diogene.

Sensit Alexander, testa cum vidi in illa
Magnum habitatorem, quanto felicior hic qui
Nil cuperet, quam qui totum sibi posceret orbem.

PERSIVS SATYR. III.

— Rure paterno
Est tibi far modicum, purum & sine labe salinum.
Quid metuas? cultrixq; foci secura patella,
Hoc satis est.

AVSONIUS IN LIB.

EPIGRAM.

DE AGATHOCLIS SICILIAE

REGIS FRVGALITATE.

Fama est factilibus cœnasse Agathoclea Regem,
Atq; abacum famio sape onerasse luto,
Fercula

*Fercula gemmatis cum poneret aurea vasis,
Et misceret opes pauperiemq; simul.*

*Querenti causam respondit; Rex ego qui sum,
Sicaniæ figulo sum genitore satus.*

*Fortunam reuerenter habe, quicunque
repente*

Diues ab exili progrediēre loco.

ACTIVS SINCERVS

S A N N A Z:

In Epigram. lib. ad Marin.
Caraccioli.

*Fortunam qui audē vorare pergit,
Eandem male concoquat necesse est.*

MARTIALIS,

De vita beata.

*Vitam quæ faciunt beatorem,
Iucundissime Martialis hæc sunt.
Res non parta labore, sed relicta,
Non ingratus ager, focus perennis,
Lis nunquam, toga rara, mens quieta,
Vires ingenuæ, salubre corpus,
Prudens simplicitas, pares amici,
Coniunctus facilis, sine arte mensa,*

PARS ALTERA,

Nox non ebria, sed soluta curis,
Non tristis thoros, attamen pudicus,
Sommus qui faciat breues tenebras.
Quod sis esse velis, nihilque malis;
Summum nec metuas diem, nec optes.

THOMAS MORVS.

A Gros ego haud porrectiores appeto,
Non auream aut Gygis beatitudinem.
Quae sit satis sibi, vita sat eadem est mihi:
Illud NIHIL NIMIS, nimis mihi placet.

P. LQTICHIVS SE-
CVNDVS.

Ex Carmine In pagum prope Ni-
crum, libro 2. Car-
minum.

R Vrasacros Vates, gelidaq; in vallibus umbræ.
Blandaq; graminei cespitis herba iuuant.
Lib.3. E- Grataq; delectant ignobilis ocia vita;
leg.Ele.8. Rura dapes, umbram dat nemus, amnis aquæ.

HEN-

HENRICVS PE-
TREVS HERDE-
SIANVS,
NOBILI DOCTOQVE
FRANCISCO à Dombsdorff, ocia
cum Musis agenti ad Pa-
dum Herci-
niæ.

TIV secura tuis, Francisce, agis ocia syluis,
 Et modò Pieridum deuenerare choros,
 Et modo per virides saleus, latebrasq; ferarum,
 Insequeris iaculis & cane capreolos;
 Iamq; cito claudis tacitos indagine colles,
 Iamq; premio rigidi per inga montis apros:
 At mihi pallentes febris depascitur artus,
 Guttur & infesta torret anhela siti;
 Nec tantum fortunatis deseruio Musis,
 Fata miser quantum cogor acerba queri.
 Hactenus informes potui compescere curas,
 Verbaq; fortuna (corde valente) dare:
 At fera me totum voluit nunc Aula iacere,
 Et terere etatis tempora dura mea.
 Forte quis afflictis ausus considere rebus,
 Ocia cum Musis grata quietus agat,
 Cum furibunda graui mox illa tonitrua bello

PARS ALTERA,

Concitat, ac tristes imperiosa minas,
Et face turbatos animos populatur operta,
Expers & medicæ seu a cor vrit opis.

Sed tu, Caſtalidum non vltima cura ſororum,
Excedens animis ingenioq; genus;
Qui genus & proauos, & qua non feceris ipſe,
Vix tua (cum non ſint pectoris) eſſe putari;
Dulcis amicizia memor, optatiſſime, tecum
Vere frui ſocium verſicolore ſine,
Et tecum ſyluis, tecumq; nitentibus hortis,
Inter odoriferas viuere ruris opes.
Iam videor leni ſalientes murmure riuos
Viſere, & Hercynijs pulcra vireta iugis,
Viſere iam valles, iam prata, Padumq; ſonantem,
Aërioq; feriſt tendere monte plagaſ.
Illas docta colunt Muſarum numina ſyluas,
Ipſeq; culta Padi ſlumina Phœbus amat.
Vndiq; Saxonice Proceres & lumina gentis,
Caſtra feriſt olim conſtituere iugis,
Henricusq; potens & Caſar, & impiger idem
Auceps, hic fiſco ſepe feſellit aues.
Hec iuga venandi ſtudio luſtravit, & inter
Argutias recubans ſape quieteuit aues.
Hic feri terrifiſi belli ſimulacra ciebat,
Iam nectens Vṛſis retia, iamq; Lupis,
Deniq; fatales heros cum finiūt annos,
Hic voluit moriens oſſa quiete frui;

Post

Post obitus & humo Cæsar requiescit eadem,
 Qua placide viuis sepe quierat humo.
 Hos igitur tecum saltus, nemorumq; recessus
 Quin colo, quos Cæsar, quos coluere Duce?
 Quin roseum, Francise, sequor ver? ocia membra,
 Et requies animos aurea vere iuuet.
 Temporis aureolum fugit, aureolumq; iuuentæ
 Ver, at hyems subitis cana reddit pedibus.
 Temporis ergo fruar pariter, pariterq; iuuentæ
 Vere, sequens portat non meliora dies.

Ex vallis Mans-
 feldensibus, An-
 no 1572.

FINIS.

X 3 M. TVL-

PARS ALTERA,
M. TVLLIUS CICERO,
LIBRO I. OFFIC.

Περὶ τοῦ λόγου εἰώσεως:

De his, qui se à Repub. remouerunt.

MULTI autem & sunt & fuerunt, qui
meam, quam dico tranquillitatem ex-
petentes, à negocijs publicis se remoue-
runt, ad ociumque profugerunt. In his &
nobilissimi Philosophi longeque Princi-
pes, & quidam homines seueri & graues,
nec populi nec Principū mores ferre po-
tuerunt. Vixeruntque nonnulli in agris,
delectati re sua familiari. His idem propo-
situm fuit, quod & Regibus, vt ne qua re
egerent, ne cui parerent, libertate vteren-
rur, cuius proprium est sic vivere, vt velis.

Quare cum hoc commune sit potentia
cupidorum, cum his (quos dixi) ociosis,
alteri se adipisci id posse arbitrantur, si o-
pes magnas habeant, alteri si cōtentī sint
& suo, & paruo. In quo neutrorum omni-
no contemnenda est sententia. Sed & fa-
cilior & tutior, & minus alijs granis, aut
molesta vita est ociosorum. Fructuosior
autem hominum generi, & ad claritatem,
amplitudinemq; est aptior, eorum qui se
ad

ad Rempublicam , & ad magnas res gerendas accommodauerunt. Quapropter & his forsitan cōcedendum sit , Rempub. non capessentibus, qui excellenti ingenio doctrinę sese dediderunt: Et his qui aut valetudinis imbecillitate, aut aliqua grauiore causa impediti , à Republ. recesserunt, cum eius administrandæ potestatem alijs, laudemq; concederent. quibus autē talis nulla sit causa, si despicerē se dicant, ea quę platiq; admirantur imperia , & magistratus, his nō modo non laudi, verū etiā vitiodandū puto ; quorū iudicium in eo, quod gloriam cōtemnunt, & pro nihilo putent, difficile factu est non probare.

Sed videntur labores, & molestias, tum offendionum, tum repulsarū , quasi quandam ignomiiniā timere, & infamiam. Sunt enim, qui in rebus cōtrarijs parū sibi constent, voluptatē seuerissimè contemnunt, in dolore sint moliores , gloriam negligant, frangantur infamia: Atq; ea quidem non satis constanter.

Sed his qui habent à natura adiumenta rerū agendarū, abiecta omni cunctatione adipiscendi magistratus sunt , & gerenda Resp. est. Nec enim aliter aut regi ciuitas, aut declarari animi magnitudo potest.

PARS ALTERA, DE VIT. PRIV.

Capeſſentibus autē Remp. nihil minus quā Philosophis, haud ſcio an magis etiā & magniſcentia, & deſpicientia adhibēdaſit rerū humanarum (quam ſæpe dico) & tranquillitas animi, atq; ſecuritas. Si quidē nec anxij futuri ſunt, & cum grauitate, cōſtantiaq; vieti ri; quę eo faciliora ſunt Philosophis, quo minus patent multa in eorū vita, quę fortuna feriat, & quo minus mul‐tis rebus egent; quia ſi quid aduersi eue‐niat, tam grauiter cadere nō poſſunt. Quo circa non ſine cauſa maiores motus ani‐morum concitantur, maioraq; efficienda Rempub. gerētibus, quam quietis, in quo magis his & magnitudo animi eſt adhi‐benda, & vacuitas ab angoribus.

Ad rem gerendam autē qui accedit, ca‐ueat ne id modo conſideret, quām res ho‐neſta ſit, ſed etiam ut habeat efficiendi fa‐cultatem. In quo conſiderandum eſt ipsi, ne aut temerē desperet propter ignauiam, aut nimis confidat propter cupiditatem.

In omnibus autem negocijs priu‐ quam aggrediare adhibenda eſt præparatio di‐ ligens.

T E Λ Ο Σ,

INDEX,

INDEX
 RERVM ET
 VERBORVM ME-
 MORABILIVM, IN HOC
 libello contentorum.

A.

- | | | |
|--|---|-------------------------------------|
| Aeneas Sylvius | <i>Principibus non obtrectat, sed eos</i> | |
| | <i>leuat magnis molestijs, fol.</i> | 1 |
| Aeneas Sylvii pater, eiusdemq_z | <i>consilium,</i> | 2 |
| Adulatores | <i>quomodo cognoscendi,</i> | 107 |
| Adulatio | <i>qua si adaulatio dicta,</i> | 106 |
| Aglaus Arcas, | | 2 |
| Aula pelagus & mare inquietum, monstriferum, | | |
| | <i>35.49.73.128.132</i> | |
| Aulici pl_zriq_z stulti & miseri, | | 1.25.124 |
| Aulicorum finis seu scopus quotuplex, | | 5.80.64 |
| Aulicorum | <i>Honores,</i>
<i>Potentia,</i>
<i>Divitiae,</i>
<i>Voluptates,</i>
<i>Pietas,</i> | 7
8.53.120.121
10
12
23 |
| Aulica dieta; | <i>Cibus & Potus,</i> 17.18.19.22.71.
<i>Somnus,</i> 26.72.102. (85.92)
<i>Diuersoria,</i>
<i>Itinera &</i>
<i>Peregrinationes,</i> | 27.72
27
95 |

INDEX.

<i>Aulico Tironi quæ cogitanda,</i>	5.23.54.67
<i>Artaxerxes de Aulicis epistola,</i>	119
<i>Alphabeta aulica tria,</i>	126
<i>Ambitio Aulica,</i>	4.64
<i>Alexander Magnus,</i>	63.121.25
<i>Albertus Cesar,</i>	3
<i>Alberti Cardinalis olim & Archiepiscopi laudes,</i>	47
<i>Academici & studiosi obeundis negotijs inepti,</i>	52
<i>Amicitia Aulica,</i>	123.44.65.87.108.128

B.

<i>Barbe aulicæ,</i>	67
<i>Barbe Philosophicæ,</i>	96
<i>Bonorum genera varia,</i>	2
<i>Beatitudo Aulica.</i>	124
<i>Bernhardus ab Hütten Eq. Francus,</i>	36
<i>Boni Principes & Confiliarij,</i>	50.6.38.39

C.

<i>Clericum non percutiendum,</i>	46
<i>Captiuitas Aulica,</i>	48.132.63
<i>Cautissimi adulatores qui,</i>	58
<i>Causæ seruit: aulicæ,</i>	80.64.5
<i>Ceremonia aulicæ,</i>	68

D.

<i>Davidis Aula,</i>	37
<i>Dionysius Tyrannus, & eiusdem Assentator Damocles,</i>	123.108
<i>Diuitium coniuia,</i>	85
<i>Diui-</i>	

INDEX.

<i>Divitium mensis Aulicus se adiungat,</i>	104
E.	
<i>Egestas Aulica,</i>	60
<i>Exilium aulicum,</i>	48
<i>Ebrietas aulica,</i>	66
<i>Expeditiones aulicae,</i>	27
<i>Ericus Brunsuicenium Dux, ob rei militaris peritiam & peregrinarum linguarum cognitionem, aliasq;_z cum corporis tum animi dotes, celebris,</i>	137
<i>Exitus Aulae,</i>	101
F.	
<i>Furiarum quartaqua,</i>	126
<i>Fortunae rota in Aula,</i>	69
<i>Fructus & effectus vita Aulicae,</i>	72.55
<i>Fridericus II. Imper.</i>	120
<i>Fridericus III. Cæsar laudatiss.</i>	6
G.	
<i>Gratia aulica,</i>	122
<i>Georgij Ludouici Hutteni ingenium,</i>	42
<i>Gyges Lydorum Rex,</i>	2
<i>Gigantibus aulicis quantum sit cerebri,</i>	67
H.	
<i>Henrici Petrei Herdesianni protestatio, Et in Epist. Dedic. ad D. Fichardum.</i>	36
<i>Hisstrionica Aulica,</i>	68
<i>Imago</i>	

INDEX.

I.

<i>Imago seu pictura Aulae,</i>	100
<i>Immunitas Aulica nulla,</i>	67
<i>In Aula quid agatur,</i>	71

L.

<i>Linteamina, Lodices, & Lecti aulici,</i>	26.72
---	-------

M.

<i>Maris aulici</i>	<i>Venti,</i>	58
	<i>Syrtes,</i>	61
	<i>Scyllæ,</i>	<i>ibid.</i>
	<i>Charybdes,</i>	<i>ibid.</i>
	<i>Lestrygones,</i>	62
	<i>Cyclopes,</i>	<i>ibid.</i>
	<i>Scopuli,</i>	<i>ibid.</i>
	<i>Sirenes,</i>	64
	<i>Pirateæ,</i>	69
	<i>Menippi consultatio,</i>	2
	<i>Moriones Aulici,</i>	69
	<i>Myrrhina canicula, in Thesmopolidis pallium im-</i>	
	<i>meiens,</i>	97

N.

<i>Nauis Aulica sentina,</i>	71
<i>Nouitates aulica quales,</i>	14

O.

<i>Oeconomia Aulica,</i>	112
<i>Oratores aulici,</i>	97
<i>Print-</i>	

INDEX.

P.

<i>Principum quorundam delectus in assumendis mi-</i>	
<i>nistris,</i>	<i>66</i>
<i>Principes sine delectu liberales,</i>	<i>57</i>
<i>Principes boni à malis Aulicis perduntur,</i>	<i>109</i>
<i>Prælibatores aulici miseri,</i>	<i>69</i>
<i>Pœnitentia aulica vera, sed sera,</i>	<i>101.94.128</i>
<i>Præcepta Aulica plura quam decem,</i>	<i>102</i>

Q.

<i>Quintuplex Aulicorum finis seu scopus,</i>	<i>5</i>
---	----------

R.

<i>Regum Iuda & Israël plures mali quam boni,</i>	<i>37</i>
<i>Rex caput regni, populus membra,</i>	<i>135</i>
<i>Regnorum exitus, ut aleæ, incertus,</i>	<i>123</i>
<i>Regis & Tyranni differentia,</i>	<i>134</i>

S.

<i>Sigismundus Cæsar,</i>	<i>3.66</i>
<i>Scribam vocari,</i>	<i>46</i>
<i>Scribæ pecuniosi,</i>	<i>57</i>
<i>Sorices ac tineæ aulicæ,</i>	<i>56</i>
<i>Stipendia & Salaria aulica,</i>	<i>30.66.88.97</i>
<i>Stultorum triplex ratio,</i>	<i>5</i>
<i>Stultorum numerus semper infinitus,</i>	<i>1</i>

T.

<i>Tantali Aulici,</i>	<i>72</i>
<i>Titulorum esse largum oportet Aulicum,</i>	<i>102. & 103</i>
<i>Thrasones</i>	

INDEX.

- Thrasones aulici, in quibus rebus gallis gallinaceis
 superiores, in quibus inferiores sint, 67
 Thesmopolis, pallio barba^g, verendus, quomodo e-
 uaserit in Cynicum, 96
 Tyronis aulici quæ molestia, antequam admitta-
 tur, 83

V.

- Valentianus Imperator, 121
 Valentinus Fuchs à Dornheim, Eq. Franc. genere
 & virtute clarus, 40
 Ulrici Hutteni præstantia, 44
 Vester aulicæ discolores, & splendidae, 65.67
 Vita priuata optima, 2. 64. 128

X.


- Xenophonteus Socrates quid Deum rogauerit, 123

Z.

- Zenonis interitus in Aula, 24

F I N I S.

IMPRESSVM FRAN-
CO FVRTI AD M OENVM, A-
pud Ioannem Feyrabendt, expen-
sis Sigismundi Feyer-
abends.



Anno M. D. LXXVII.

153 5350